



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



173 e 108





24

2. 40

14.4


DE ARCHITECTURA GRAECA
COMMENTATIONES EPIGRAPHICAE.

SUMPSIT

ERNESTUS FABRICIUS.

ADIECTA EST TABULA.

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MDCCLXXXI.




DE ARCHITECTURA GRAECA

COMMENTATIONES EPIGRAPHICAE.

SCRIPSIT

ERNESTUS FABRICIUS.

ADIECTA EST TABULA.



BEROLINI

APUD WEIDMANNOS

MDCCLXXXI.

178 e 108.

WEIMAR, - HOF-BUCHDRUCKEREI,

Continentur hoc libello

Praetatio	p. 1—4
Titulus Lebadensis, textus cum varietate lectionum et annotationibus de inscriptionis tabulis deperditis et de tituli aetate	, 5—16
Commentatio prior.	
I. De operum publicorum apud Graecos administratione	, 17—30
II. De tituli Lebadensis parte priore	, 30—44
Commentatio altera, de rebus ad artem spectantibus quae in titulo Lebadensi leguntur.	
I. De operibus in parte priore commemoratis	, 45—48
II. Operum quae in parte posteriore describuntur explicatio	, 48—56
III. Annotationes variae	, 57—84
Index vocabulorum	, 85—86.



De architectura Graeca quisquis quaestiones philologas instituturus est, nimis audax videbitur, cum architecturae antiquae studium architecti ipso usu periti magis magisque sibi arriperint. neque sane cum archaeologiae quam vocamus detrimento aedificiorum rudera ab architectis singulari industria perquisita et descripta sunt. immo vix potes mente complecti, quanta materia ad architecturae Graecae historiam exaedificandam Olympia a Germanis architectis, ab Austriacis Samoctraca, ab aliis aliunde acquisita et publici iuris facta sit. itaque nemini facile concedetur de aedificiis antiquis iudicium proferre, quin ipse monumenta denuo diligentissime examinaverit.

Attamen iniuria philologi architecturae Graecae studium et summum de ea arbitrium ex manibus dimitunt. quid? certum iudicium de artis operibus ecquis habere potest, nisi antea quibus condicionibus artifices opera conficere variis temporibus soliti fuerint exploratum habet? non enim sufficit agnoscere aedificia Graecorum publica tanta diligentia constructa esse singulasque partes tanta subtilitate absolutas, quantam nullis unquam temporibus architecti assecuti sunt. immo quaeramus necesse est, quae res ad artem promovendam contribuerint, qua via ars aedificandi ad tam sublime fastigium pervenerit. consentaneum autem est neminem prospere has quaestiones instituire et iustam architecturae Graecae notionem sibi comparare posse, quin quid Graeci ipsi de aedificandi arte litteris tradiderint compertum habeat.

Itaque omnes litterarum reliquias perlustremus et quaecumque ad architecturam spectant cum ex scriptorum operibus tum ex inscriptionibus congeramus oportet. quo opere suadente Renardo Kekulé, praeceptore Bonnensi, instituto initium cepi a titulis Graecis.

Notum enim est tritumque omnibus qui in studiis epigraphicis versantur, in inscriptionibus graecis saepissime commemorari et aedificia et aedificiorum partes, quae in usum publicum sacrumve aut a titulorum auctoribus dicata sunt aut exstructa ab hominibus, in quorum honorem decreta facta titulis continentur. quae inscriptiones quamvis necesse sit diligenter examinentur omnes, unde nomina ad designanda singula aedificiorum membra a veteribus variis temporibus adhibita cognosci possint, tamen ad illustrandam artis historiam non magni sunt momenti. illis titulis cum numero multo rariora tum propter rerum silvam quae ex eis comparari potest, multo digniora, in quae diligentissime inquiramus, monumenta epigraphica sunt ad ipsas aedificationes quae pertinent. qui tituli in has classes non inepte describentur:

I. instrumenta lapidibus incisa quibus condiciones operis faciendi continentur.

a) locationes: decretum senatus et populi de reficiendis munimentis Athenarum CIA. II 167; locationum instrumenta Deliaca CIG. 2266, Ἀθήναιον IV p. 454—455; titulus qui ad templum Iovis Lebadaeae exstruendum pertinet Ἀθήναιον IV p. 369 sqq., quem infra repetam; titulus Lesbiacus a Cyriaco servatus Ephem. epigr. II p. 5 n. XII, alii. quibus titulis continentur:

1. praecepta quae ad negotia gerenda spectant. ea in singula instrumenta ex communi aliqua lege translata fuisse videntur, qualis lex eum commemoratur in titulo Lebadensi (v. 88 sq. ὁ ναοποιῖκός νόμος), tum servatur monumento Tegeae reperto Le Bas-Foucart Pelop. n. 340 e.

2. praecepta quibus opera facienda accuratissime describuntur. cf. tituli Lebadensis partem posteriorem in altera commentatione explicandam.

b) indices operum struendorum quae a singulis opificibus suscepta erant. in quibus opera non exacte descripta sed breviter tantum definita sunt. quo pertinet titulus qui ad aedem Minervae Poliadis spectat CIA. I 282, cf. Michaelis in append. epigr. ad Pausaniae descr. arcis Athen. ed. O. Iahn ed. alt. p. 44 tit. 16.

I. rationes operum perfectorum.

a) laterculus operum Erechthei factorum et infectorum iussu populi compositus CIA. I 322, IV p. 38, Michaelis l. c. tit. 19.

b) rationes rite redditae de sumptibus in opere factis: tituli ad arcis Athenarum aedificia, inprimis ad aedem Minervae Poliadis spectantes, quos denuo collectos Michaelis nuper edidit l. c. p. 39 sqq.; adde titulum CIA. I 319, rationes quae spectant ad aedem Iovis in Piraeo exstructam *Ἀρχαιολ. ἐφημ. περ. β' ἀριθ.* 421, inscriptionem Corcyraeam CIG. 1838, titulum Hermionae repertum Le Bas-Foucart Pelop. n. 159h, titulum Troezenium ib. n. 157a, alios.

Inscriptiones autem Atticas hac occasione data diligentius tractare omittam, quippe quae ab aliis viris atque iis doctissimis, Boeckhio, Müllero, Newtonio, Schoenio¹⁾ instructae sint commentariis tam egregiis, ut in reliquis titulis qui ad architecturam pertinent mihi desudandum et iudicium exacuendum esse videatur, antequam illas inscriptiones cum

¹⁾ Boeckh. CIG. I p. 261—286.

Odofr. Müller, de munimentis Athenarum et de titulo de instauratione eorum scripto in act. soc. reg. Gotting., class. hist. et phil. vol. VIII. p. 1—79.

C. T. Newton, inscr. mus. Britannici vol. I no. XXXV p. 84—98.
Ricardus Schoene ‚Baurechnungen des Erechtheions‘ in Hermae vol. IV p. 37—55.

aliqua spe novi fructus capiendi denuo retractem. itaque ex permagno inscriptionum propter architecturam memorabilium numero eius monumenti praecipue habui rationem, quod omnium amplissimum neque ab ullo viro docto adhuc pertractatum est, inscriptionem dico Lebadensem a Stephano Cumanude in Athenaei volumine quarto editam. quae hoc monumento aliisque similibus continentur, cum ea aut ad operum administrationem aut ad singula opera struenda pertineant, disputationem bipertitam esse oportet. itaque priore commentatione quaestiones ad negotia administranda spectantes tractabo, altera commentatione in opera ipsa de quibus struendis in titulo Lebadensi agitur inquiram ac simul quaecumque ad quaestiones propositas spectantia ex aliis titulis Graecis enotavi subiungam.

Sed priusquam textum ab editore priore conformatum proponam, nihil habeo antiquius quam ut gratias agam singulares Adolfo Michaelis et Rudolfo Schöll, praeceptoribus Argentoratensibus, qui mihi in agro satis vasto ac paene nulla ex parte culto nequiquam saepe laboranti summa cum liberalitate auxilium tulerunt.



Titulus Lebadensis.

Inscriptio Lebadeae in Boeotiae oppido anno 1875 reperta, edita a Cumanude litteris minusculis in ephem. Ἀθήναιον v. IV (1875) p. 369 sq. usus est Cumanudes et apographo a Stamatace confecto et ectypo chartaceo. lapidem ita describit: ἔχει σχῆμα στήλης, ὕψους 1, 85, πλάτους 0, 95, πάχους 0, 20. -- βλάβας δὲ εἶχε - τρεῖς, δύο μικροτέρας ἐπάνω κατὰ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη τῶν πρώτων τριῶν τεσσάρων στίχων, ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ τῶ ὀρθῶντι, καὶ ἄλλην μεγαλητέραν, δεξιὰ τῶ ὀρθῶντι, ἐξ ἧς ἐκολοβώθησαν μάλιστα τὰ τέλη στίχων 67 τῆς δευτέρας σελίδος, διότι ἡ γραφή εἶναι εἰς δύο σελίδας (columnas) χωρισμένη, ἐκάστη τῶν ὁποίων ἔχει ἀνὰ 94 στίχους. -- τῆς ἐπιγραφῆς τὰ γράμματα -- μαρτυροῦσι - τοὺς πρὸ Χριστοῦ Ῥωμαϊκοὺς χρόνους, ἀν δὲν ἀπατῶμαι. -- τῆς στήλης τῆς ἡμετέρας -- οὐδεὶς οὔτε ἐπάνω οὔτε κάτω στίχος ὀλόκληρος ἐξέλιπε, διότι καὶ ἐπάνω καὶ κάτω ὁρᾶται μέρος τι τοῦ λίθου ἄγραφον. textus hic est:

I (1)

ἔ]ργων τὸ ἐπίπεμπτον ἀποτεισΑ?

κ]αὶ τὸ ὑπερέρεμα καὶ ἐάν τι ἄλλο

ἀργύριον ἐκ τῶ]ν ἐπιτιμίων προσγένηται αὐτῶ, ἅπαντα πρᾶ[ξουσιν] οἱ ναοποιοὶ τὸν ἐργῶν καὶ τοὺς ἐγγύους, 5 ἐάν δὲ μὴ δύνωνται, εἰς τὸ λεύκωμα ἐκγράψουσιν. (2) ἐγ-δίδομεν δὲ τὸ ἔργον ὅλον πρὸς χαλκόν, τὰς μὲν στή-λας καὶ τοὺς θριγμοὺς πρὸς λίθον ἐφ' ὠμαλίαν ὃ τι ἀν εὔ-ρωσιν, τοὺς δ' ὑποβατήρας ἐν προσέργῳ ποιήσει, τῶν δὲ πύρων ὑποτίμημα λήψεται τοῦ λίθου ἐκάστου δρα-

- 10 χμὰς πέντε, ὅσους ἂν παρίσχη, τῶν δὲ γραμμάτων
τῆς ἐγκολάψεως καὶ [τῆς] ἐγκαύσεως στατήρα καὶ
τριώβολον τῶν χιλίων γραμμάτων. (3) ἐργᾶται δὲ συνε-
χῶς μετὰ τὸ τὴν δόσιν λαβεῖν ἐντὸς ἡμερῶν δέκα,
ἐνεργῶν τεχνίταις ἱκανοῖς κατὰ τὴν τ[έχ]νην μὴ ἔ-
15 λαττον ἢ πέντε. (4) ἐὰν δέ τι μὴ πεῖθῃται τῶν κατὰ τὴν
συγγραφὴν γεγραμμένων ἢ κακοτεχνῶν τι ἐξελέγη-
ται, ζημιωθήσεται ὑπὸ τῶν ναοποιῶν καθ' ὃ τι ἂν φαίνη-
ται ἄξιός εἶναι μὴ ποιῶν τῶν κατὰ τὴν συγγραφὴν γε-
γραμμένων. καὶ ἐὰν τις ἄλλος τῶν συνεργαζομένων ἐξε-
20 λέγ[χ]ηται τι κακοτεχνῶν, ἐξελαννέσθω ἐκ τοῦ ἔργου καὶ
μ]ηκέτι συνεργαζέσθω. ἐὰν δὲ μὴ πεῖθῃται, ζημιωθήσε-
ται καὶ οὗτος μετὰ τοῦ ἐργῶνου. (5) ἐὰν δὲ πού παρα τὸ ἔρ-
γον συνφέρῃ τι μὲτρον τῶν γεγραμμένων προσλι-
πεῖν ἢ συνελεῖν, ποιήσει ὡς ἂν κελύωμεν. (6) μηδὲ ἀπολε-
25 λύσθωσαν ἀπὸ τῆς ἐργωνίας οἱ ἐξ ἀρχῆς ἔγγυοι καὶ ὁ ἐρ-
γῶνης, ἄχρι ἂν ὁ ἐπαναπριάμενος τὰ παλίνπτωλα τοὺς
ἐγγύους ἀξιοχρέους καταστήσῃ. περὶ δὲ τῶν προπε-
ποιημένων οἱ ἐξ ἀρχῆς ἔγγυοι ἔστωσαν ἕως τῆς ἐσχά-
της δοκιμασίας. (7) μηδὲ καταβλαπτέτω μηδὲν τῶν ὑπαρ-
30 χόντων ἔργων ἐν τῷ ἱερῷ ὁ ἐργῶνης. ἐὰν δέ τι καταβλά-
ψῃ, ἀκείσθω τοῖς ἰδίοις ἀνηλώμασιν δοκίμως ἐν χρόνῳ
ῶσπ ἂν οἱ ναοποιοὶ τάξωσιν. καὶ ἐὰν τινα ὑγιῆ λίθον δια-
φθεῖρη κατὰ τὴν ἐργασίαν ὁ τῆς θέσεως ἐργῶνης, ἔτε-
ρον ἀποκαταστήσει δόκιμον τοῖς ἰδίοις ἀνηλώμασιν, οὐ-
35 θὲν ἐπικωλύοντα τὸ ἔργον· τὸν δὲ διαφθαρέντα λίθον ἐξ-
άξει ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐντὸς ἡμερῶν πέντε, εἰ δὲ μὴ, ἱερὸς ὁ λίθος
ἔσται. ἐὰν δὲ μὴ ἀποκαθιστῆ ἢ μὴ ἀκῆται τὸ καταβλα-
φθέν, καὶ τοῦτο ἐπεγδώσουσιν οἱ ναοποιοὶ· ὃ τι δ' ἂν εὔρη,
τοῦτο αὐτὸ καὶ ἡμίολιον ἀπατείσει ὁ ἐργῶνης καὶ οἱ ἔγ-
40 γυοι. ἐὰν δὲ κατὰ φωνὰν διαφθαρῇ τις τῶν λίθων, ἀζήμιος ἔσ-
τω κατὰ τοῦτον ὁ τῆς θέσεως ἐργῶνης. (8) ἐὰν δὲ πρὸς αὐ-
τοὺς ἀντιλέγωσιν οἱ ἐργῶναι περὶ τίνος τῶν γεγραμμέ-
νων, διακρινοῦσιν οἱ ναοποιοὶ ὁμόσαντες ἐπὶ τῶν ἔργων, πλεί-
ονες ὄντες τῶν ἡμίσεων. τὰ δὲ ἐπικριθέντα κύρια ἔστω,

45 (9) ἐ[ὰ]ν δὲ τι ἐπικωλύσωσιν οἱ ναοποιοὶ τὸν ἐργῶν ἡν κατὰ
τὴν παροχὴν τῶν λίθων, τὸν χρόνον ἀποδώσουσιν ὅσον ἂν
ἐπικωλύσωσιν. (10) ἐγγύους δὲ καταστήσας ὁ ἐργῶν ἡν κατὰ
τὸν νόμον, λήψεται τὴν πρώτην δόσιν ὅποσον ἂν ἐργῶν ἡ-
ση πασῶν τῶν στηλῶν καὶ τῶν θριγκῶν τῶν ἐπὶ ταύτας
50 τιθεμένων, ὑπολιπόμενος παντὸς τὸ ἐπιδέκατον. ὅταν δὲ
ἀποδείξῃ πάσας ἐργασμένας καὶ ὀρθὰς πάντη καὶ τέλος
ἐχούσας κατὰ τὴν συγγραφὴν καὶ μεμολυβδοχοημένας ἄ-
ρεστῶς τοῖς ναοποιοῖς καὶ τῷ ἀρχιτέκτονι, λήψεται τὴν
δευτέραν δόσιν πάντων τῶν γραμμάτων τῆς ἐπιγραφῆς
55 ἐκ τοῦ ὑποτιμήματος πρὸς τὸν ἀριθμὸν τὸν ἐκ τῶν ἀντι-
γράφων ἐλογισθέντα, ὑπολιπόμενος καὶ τούτου τὸ ἐπιδέ-
κατον. καὶ συντελέσας ὅλον τὸ ἔργον, ὅταν δοκιμασθῇ, κομι-
σάσθω τὸ ἐπιδέκατον τὸ ὑπολειφθέν. καὶ τῶν πύρων τὸ ὑπο-
τίμημα ὅσους ἂν θῆ καὶ ὅσα ἂν γράμματα ἐπιγράψῃ
60 μετὰ τὸ τὴν δόσιν λαβεῖν κομισάσθω καὶ τούτων, ὅταν καὶ τὸ ἐ-
πιδέκατον λαμβάνῃ, ἐὰν μὴ τι εἰς τὰ ἐπιτίμια ὑπολογισθῇ αὐ-
τῷ. (11) ἐὰν δὲ τι πρόσθερον δῆ γενέσθαι συμφέρον τῷ ἔργῳ,
ποιήσῃ ἐκ τοῦ ἴσου λόγου καὶ προσκομιεῖται τὸ γινόμενον αὐτῷ,
ἀποδείξας δόκιμον. (12) ἐὰν δὲ ὁ τόπος ἀνακαθαίρομενος μα-
65 λακὸς εὐρίσκηται, προσστρώσει πύροις ὅσοις ἂν χρειά ῃ καὶ
προσκομιεῖται καὶ τούτου τὸ γινόμενον αὐτῷ μετὰ τοῦ
ἐπιδεκάτου. (13) ἐπιθήσει δὲ καὶ ἐπὶ τὰς στήλας τὰς ὑπαρχού-
σας θριγκοὺς ἔνδεκα, προεπικόψας τὰς στήλας, ἐπιλαβὼν
ὅσον ἂν κελεύωμεν πρὸς τὴν περιτένειαν τὴν δοθεῖσαν.
70 ἐξελεῖ δὲ καὶ τὰ δέματα τὰ ὑπάρχοντα ἐν ταῖς στήλαις ὅσα
ἂν ὑπερέ[χ]ῃ καὶ κωλύῃ αὐτὸν ἐν τῇ ἐπικοπῇ, καὶ τρήσας βα-
θύτερα καθαυμάσει καὶ περιμολυβδοχοήσει δοκίμως. ἐμβαλεῖ
δὲ καὶ εἰς τούτους γόμφους (καὶ) δέματα καὶ περιμολυβδοχοήσει καὶ ἐρ-
γᾶται πάντα καθὼς καὶ περὶ τῶν ἐπάνω γέγραπται. (14) ἐκ[δί]δομεν δὲ
75 καὶ τούτους τοὺς θριγκοὺς, τοὺς μὲν ἐκπέδους καὶ πενταπέδους
τοῦ ἴσου ὅσον ἂν καὶ οἱ λοιποὶ εὐρωσιν, τοὺς δὲ τριπέδους, τοὺς
τέτταρας σύνδυο εἰς τὸν θριγκὸν ἀπομετρησόμεθα. (15) λήψε-
ται δὲ καὶ τούτων τῶν θριγκῶν τὴν δόσιν, ὅταν ἐπιδείξῃ
τὰς στήλας ε[ἰ]ργασμένας καὶ κειμένας καὶ μεμολυβδοχοη-

- 80 μένας και τοὺς θριγκοὺς τοὺς ἐπὶ ταύτας τιθεμένους δε-
δεμένους κατὰ κεφαλὴν. λήψεται και τούτων τὴν δόσιν, ὑπολι-
πόμενος τὸ ἐπιδέκατον, καθὼς και περὶ τῶν ἐπάνω γέγραπται.
(16) ὅταν δὲ συνθῆ τοὺς θριγκοὺς και ἀποδείξῃ κειμένους,
μεμολυβδοχοημένους, τέλος ἔχοντας, δεδεμένους κατὰ
85 κεφαλὴν, συμφωνοῦντας πρὸς ἀλλήλους δοκίμως, ἔπειτεν
ἐγνιτρώσει τὰς στήλας και ἀποδώσει τὰ γράμματα καθαρά
και ἐκπλυνεῖ ἕως ἂν κελεύωμεν. (17) τὰ δὲ ἄλλα ὅσα μὴ ἐν τῇ
συγγραφῇ γέγραπται, κατὰ τὸν κατοπτικὸν νόμον και να-
σοπιὸν ἔστω. ————— (II) Εἰς τὸν ναὸν τοῦ
- 90 Διὸς τοῦ βασιλέως εἰς τὴν ἕξω περίστασιν τοῦ σηκοῦ
τῶν εἰς τὴν μακρὰν πλευρὰν καταστρωτῆρων ἐργα-
σία και σύνθεσις. — (1) Ὁ ἐργωνήσας παρὰ τῶν ναοποιῶν
εἰς τὸν ναὸν τοῦ Διὸς τοῦ βασιλέως εἰς τὴν ἕξω περι-
στασιν τοῦ σηκοῦ τῶν εἰς τὴν μακρὰν πλευρὰν τοῦ
- 95 τόπου τοῦ πρὸς μεσημβριὰν βλέποντος καταστρω[τῆρων πέ-
τρας τῆς σκληρᾶς τῆς Λεβαδείκῆς τὴν ἐργασίαν και [σύνθε-
σιν, πλήθος δεκατρεῖς, μέτρα δὲ τούτων ἔσται μῆκος [και
πλάτος και πάχος ἀκόλουθοι τοῖς κειμένοις και τέλος [ἔ-
χουσιν ἐν τῇ μακρᾷ πλευρᾷ, πρὸς οὗς οὔτοι τίθενται. (2) παρα-
- 100 λαβὼν δὲ ὁ ἐργωνῆς τοὺς λίθους παρὰ τὸν ναόν, οὗ και [ἔδοκ-
μασθησαν, ὑγιεῖς, τὰ μέτρα ἔχοντας, ἐκποιοῦντας πρὸς
τὰ μεγέθη τὰ γεγραμμένα, πρῶτον μὲν ἐργᾶται τῶν λίθων
πάντων τὰς βάσεις ὀρθὰς, ἀστραβεῖς, ἀρραγεῖς, συμμίλτου[ς,
ἀπὸ ξοῖδος χαρακτῆς, πυκνῆς, ἐπηκοημένης τὰ ἐπιβαί-
- 105 νοντα πάντα ἐπὶ τοὺς κρατευτὰς και ἐπὶ τὴν ὑπευθυντη[ρί-
αν μὴ ἔλαττον ἢ ἐπὶ δύο πόδας ἐκ τοῦ προσιόντος ἀρμοῦ, τὰ
δὲ μέσα συναύοντα ἀπὸ ξοῖδος χαρακτῆς, τραχείας, ποι-
ῶν ὀρθὰ πάντα πρὸς κανόνα διηλεκτῆ μὴ ἐλάττω τοῦ ἐν-
εργουμένου λίθου, πλάτος μὴ στενότερον δακτύλων ἕξ,
- 110 ὕψος ἡμιποδίου. ὑποτεμεῖ δὲ τῶν καταστρωτῆρων πάν-
των ἐγ βάσεως τὸ ἐπὶ τὴν ὑπευθυντηρίαν ἐπιβαῖνον ἕ[κ
τοῦ ἀπιόντος ἀρμοῦ πλάτος και βάθος τὸ δειχθέν, ἐρ-
γαζόμενος τὰς ὑποτομάς, καθὼς και περὶ τῶν βάσεω[ν
γέγραπται, χάλασμα ποιῶν ἐν τῇ ὑποτομῇ τῇ παρὰ τῇ[ν

- 115 ὑπευθυντηρίαν μὴ πλέον δακτυλίσκου. (3) ἐργᾶται δὲ καὶ
 τοὺς ἄρμους πάντας τοὺς ἀπιόντας τῶν καταστρωτή-
 ρων συμμίλτους, ὀρθοῦς, ἀστραβεῖς, ἀρραγεῖς, καθέτο[v]ς, εἰ-
 γωνίους πρὸς τὸ προ[s]αγωγεῖον, στερεοῦς, κύκλω τὰ τρία
 μέρη μὴ ἔλαττον δακτύλων ἑννέα ἀπὸ λειστρίου λείου, ἐ-
 120 πηκονημένον, μιλλτολογῶν δοκίμωσ, τὰ δὲ μέσα συν-
 ψαύοντα ἀπὸ ξοῖδος χαρακτῆς, τραχείας, καὶ ἀναθυρώ-
 σει τοὺς ἄρμους πάντας τοὺς ἀπιόντας κανόν[ι λιθί-
 νη μιλλτολογῶν δοκίμωσ, ἀναξέων τοὺς καν[όνας
 πάντας, ὁσάκις ἂν κελεύωμεν, πρὸς τὸν κανόν[α τὸν λίθινον
 125 τὸν ἐν τῷ ἱερῷ ὑπάρχοντα δοκίμωσ. (4) ἀποξέσ[ει δὲ καὶ
 τοὺς ἄρμους τῶν καταστρωτήρων τοὺς ἀπιό[ντας
 τῶν] κειμένων καὶ τέλος ἔχόντων, πρὸς οὓς μ[έλλει
 τιθῆναι, ἐκτείνας τὴν λινὴν κατὰ κεφαλῆ[v]
 νείου ἐν ὀρθῷ [ἀρι]στεραχόθεν καὶ τοῦ προδόμ[ου . . . τῆς
 130 μακρᾶς πλευρᾶς, καὶ γραμμᾶς καταγραψάμενος παρόν-
 τος τοῦ ἀρχιτέκτονος ἀφελέτω τὸ πρόσεργον [τὸ ὑπάρχ-
 ον ἀπὸ κολαπτῆρος, πλάτος ποιῶν τὸ δοθέν, ποι[ῶν πάντα
 ὀρθά, ὀξυῦρια. καὶ μιλλτολογησάτω τὴν ἄκραν πάν[των τῶν
 λίθων τῶν κειμένων τῶ[v] τρεῖςκαίδεκα πρὸς κ[ανόνα
 135 μακρὸν μὴ ἔλαττον ποδῶν εἴκοσι, πάχος ἕξ δακτ[ύλων,
 ὕψος ἡμποδίου, μιλλτολογῶν ἀπὸ λειστρίου λείου, ἐ[πηκονη-
 μένου, ποιῶν ὀρθά, ἀρραγῆ, σύμμιλτα, βάθος μὴ ἔλατ[τον ἑννέα
 δακτύλους, πρῶτον διαξέσας σημείας παρὰ το[ῖς ἄρμοῖς
 κατ' ἕκαστον τῶν λίθων ἐν ὀρθῷ πρὸς τὸ προσα[γωγεῖον
 140 καὶ τὴν γραμμὴν τὴν καταγραφείσαν, πρὸς ἣν [παραξέ-
 σει τὴν παραξοῆν. παραξέσει δὲ καὶ τὴν ἐν τῷ προ[δόμῳ γραμ-
 μῆν ὡσαύτως. ἔπειτεν ἀναθυρώσει τοὺς ἄρμους [πρὸς τὸν
 κανόνα τὸν λίθινόν τῶν κειμένων καταστρωτ[ήρων, πρὸς
 οὓς μέλλει τιθῆναι, καθὼς καὶ περὶ τῶν ἀπιόντων [ἄρμῶν
 145 γέγραπται. (5) ὅταν δὲ μέλλῃ τιθῆναι τοὺς λίθους, προ[οεπικόψει
 τοὺς κρατεντάς κατὰ κεφαλὴν καὶ τὴν ὑπευθυντ[ηρίαν, τοὺς
 μὲν κρατεντάς ἀπὸ ξοῖδος πυκνῆς, χαρακτῆς, ἐπηκονημέ-
 νης, τὴν δὲ ὑπευθυντηρίαν ἀπὸ ξοῖδος ἀριστόμο[v] ἀκολού-
 θως τοῖς κειμένοις καὶ τέλος ἔχουσιν, καὶ ἀποδείξ[ει ἐπικε-

- 150 κομμένα δοκίμως. (6) εἶπεν θήσει τοὺς καταστρωτῆρας, ἐργα-
ζόμενος καθὼς γέγραπται, ἀρχόμενος τῆς θέσεως ἀριστε-
ραχόθεν, ὡς ἂν αὐτῷ δειχθῆ, ἕνα ἀμφ' ἀρμόν, ἐμβαλὼν
ψος ἐπίσφιγρον, κατὰ κεφαλὴν δὲ στοιχοῦντα τοῖς κειμένοις
καὶ τέλος ἔχουσιν. (7) καὶ ἐλαίῳ δὲ καθαρῷ πρὸς πάντας τοὺς κα-
155 νόνας χρήσεται καὶ μίλτω Σινοπίδι· ἐὰν δὲ μὴ χ[ρῆται μίλ-
τω Σινοπίδι ἢ ἐλαίῳ καθαρῷ, ζημιωθήσεται ὑπὸ τῶν ναο-
ποιῶν καὶ βουλευτῶν, καὶ οὐ πρότερον αὐτῷ λί[θος οὐδεὶς
κατακλεισθήσεται ἕως ἂν ἐπιδείξῃ τοῖς ναοποιοῦσι χρησά-
μενος μίλτω Σινοπίδι δοκίμῳ καὶ ἐλαίῳ καθαρῷ. (8) ἀποδεί-
160 ξει δὲ τὴν μὲν ἐργασίαν καὶ τὴν σύνθεσιν τῷ ἀρχιτέκτονι, τῷ δ' ὑ-
παρχιτέκτονι τῶν λίθων πάντων τοὺς ἀρμούς καὶ τ[ὰς βά-
σεις, (9) ἅμα τριμματολογῶν, τὰς μὲν βάσεις ἐκ χλόης ἐ[λαίας
ἐν ταῖς ἰδίαις χώραις βεβηκότας, ὄλους, ἀσχάστους, ἀνεγκλή-
τους, ἀνποπάστους, ὁμοτριβοῦντας, διακρούων τὰ δ[. . . .
165 να τῶν τριμμάτων, τὰ μὲν εἰς τοὺς κρατεντὰς ἀπὸ ξοῖδος χα-
ρακτῆς, πυκνῆς, ἐπηκονημένης, τὸ δὲ ὑπὸ τὴν ὑπευθυν[τηρί-
αν ἀπὸ ξοῖδος ἀρτιστόμου, τοὺς δὲ ἀρμούς ἐξ ἐλαίου κ[- -
βδιον ἀπὸ λειστρίου λείου, ἐπηκονημένου. (10) ὅταν δὲ συντε[λέσῃ
τὸν ἀρμόν ἐγγιτρώσας καὶ ἐκπλύνας ὕδατι καθαρῷ, ἐπ[εῖπεν
170 κατακλειέτω. τὴν δὲ ἐμβολὴν τῶν γόμφων καὶ τῶν δ[εμάτων
καὶ τῶν π[ελε]κίων καὶ τὸν σταθμὸν τούτων καὶ τὴν μ[ολυβδο-
χοῖαν πᾶσαν τοῖς ναοποιοῦσι παρὼν αὐτὸς ὁ ἐργώνης, ἀ[νεπί-
δεικτον [δ]ὲ μῆθὲν κατακλειέτω· ἐὰν δὲ τι κατακλεισθ[ῆ, πάλιν
τε ἐξ ἀρχῆς ἄρας ποιήσῃ (11) καὶ ζημιωθήσεται ὑπὸ τῶν ναοπ[οιῶν]
175 καὶ βουλευτῶν καθ' ὅτι ἂν φαίνηται ἀξίος εἶναι μὴ ποιῶν [τῶν ἐν
τ]ῇ συγγραφῇ γεγραμμένων· καὶ ἐὰν τις ἄλλος τῶν συν[εργ-
γαζομένων ἐξελέγχῃται τι κακοτεχνῶν, ἐξελαυνέσθω ἐκ τοῦ
ἔργου καὶ μηκέτι συνεργαζέσθω· ἐὰν δὲ μὴ πείθῃται, ζη[μιωθή-
σεται καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ ἐργώνου, καὶ οὐ πρότερον οὐδέν[α μο-
180 λυβδοχοῆσει λίθον, ἕως ἂν ποιήσῃ τὰ γεγραμμένα. (12) ἐὰν δὲ πονηρὰ
τὸ ἔργον συμφέρῃ τινὶ μέτρῳ τῶν γεγραμμένων προσλ[ιπτειν ἢ
συνελειν, ποιήσῃ ὡς ἂν κελύωμεν. (13) ὅταν δὲ συνθῆ π[άντας
τοὺς καταστρωτῆρας, ἐπικοψάτω κατὰ κεφαλὴν ἀκολούθ[ως τοῖς
κειμένοις καὶ τέλος ἔχουσιν, καὶ μιλλολογησάτω ἀπὸ ξοῖδος χαρα-

185 κτῆς δοκίμως τῷ μακρῷ κανόνι, διακολαπτηρίζων τοῦς λίθους κύκλῳ πάντας, διαβητιζόμενος κατὰ κεφαλὴν ἀπὸ τῆς ὑ[παρχούσης περιτενείας τῶν καταστρωτήρων, κύβους κατασκευ[ασάμενος ξύλων ξηρῶν ἀγριελαίνων καὶ ἀποδείξας ὄρθα καὶ σύμ[μλτα

Cumanudes exhibet: v. 3 N; ἐπιτιμίῳν || v. 10 παρ[ίσχη || v. 11 ἐγκολάψεως καὶ — ἐγκαύσεως || v. 67 ἐπι-
δλεκάτου || v. 73 εἰς τοῦτους γόμφους δέματα || v. 74 ἐκΓ[δομεν ||
vv. 78—79 τὴν δόσιν· ὅταν (δὲ) ἐπιδείξῃ τὰς στήλας ἐργασ-
μένας || v. 117 ΚΑΘΕΤΟΣ; || v. 125 ὑπάρχοντα, δοκίμως ἀπο-
ξέσ[ας πάντας || v. 126 ἀπιό[ντας, καθῶς; || vv. 129—130 προ-
δόμ[ου τὰς] | μακρὰς πλευρὰς καὶ || v. 131 πρὸςἔργον ||
v. 132 ποΙ || v. 137 ἔλατ[τον . . . || v. 138 παρὰ το
. || v. 152 ἐμβα || v. 159—160 καθαρῶ[ι,
ἐπιδεί;]ξει || v. 162 ἐκ χλόης ἐ || v. 164—165 τὰ δ[ι-
άκε-;]να || vv. 167—68 καὶ διὰ ῥα-;]βδίου || v. 172 ΠΛΑΣΑΝ;
τοῖς (inter πᾶσαν et τοῖς a lapidario ἀποδείξει omissum
est) || v. 185 τοῦ[τους.

A v. 95 columna altera incipit. interpunctionem multis locis mutavimus et titulum in paragraphos discrisimus.

Spatio dimidii fere versus vacuo v. 89 intermisso titulus in partes duas seiunctus est, quibus praecepta continentur ab aedis struendae curatoribus qui ναοποιοί appellantur composita, priore de conficiendis titulis, posteriore de exstruendis operibus quae ad aedem Iovis Regis spectant. quod aedificium ingens prope Lebadeam Boeotiae urbem conditum sed nunquam perfectum fuisse et Pausaniae testimonio constat et a viatoribus qui hoc saeculo eius rudera inspexerunt confirmatur¹⁾. ex compluribus autem inscriptionis locis colligere

¹⁾ cf. Pausan. IX, 39, 3: ἀναβᾶσι δὲ ἐπὶ τὸ μαντεῖον (Τροφωνίου) καὶ αὐτόθεν ἰοῦσιν εἰς τὸ πρόσω τοῦ ὄρους Κόρης ἐστὶ καλουμένης Θήρας καὶ Διὸς βασιλέως ναός. τοῦτον μὲν δὴ διὰ τὸ μέγεθος ἢ καὶ τῶν πολέμων τὸ ἀλλεπάλληλον ἀφείκασαν ἡμίεργον. cf. Ulrichs, Reisen u. Forsch. v. I. p. 168: „Da die Reste dieses grossen Baues, weitläufige Substructionen

licet ingentis templi aedificationem non a Lebadensibus solis sed ex communi Boeotii foederis sententia institutam esse¹⁾.

Recte Cumanudes animadvertit nostrae tabulae minimum duas tabulas similes alteram priorem alteram sequentem, in quibus inscriptionis initium et exitus scripta essent, antiquitas additas fuisse. in utroque enim nostrae tabulae latere foramina quae commissurae tabularum inservirent incisa esse, unde probabiliter colligere licere tres sive etiam plures tabulas olim compositas et ferro inter se conligatas fuisse²⁾. quae sententia rebus ipsis quae in titulo scriptae sunt non leviter confirmatur. operum enim descriptiones et praecepta reliqua ideo a curatoribus promulgata sunt, ut redemptores condiciones locationum cognoscere possent. itaque consentaneum est in tabula quae nostram antecessit accurate expositum fuisse, quomodo inscriptionis tabulae earumque coronae et substructiones conficiendae essent³⁾. in tabulis autem sequentibus praecepta eis, quae ad ipsum aedificium spectant, similia incisa fuisse videntur, ita ut praecepta de ipsis tabulis faciendis data omnium agmen ducerent. manifestum autem est tabularum numerum permagnum fuisse.

Una enim huiusmodi titulorum series eo tempore quo nostra inscriptio incisa est iam collocata⁴⁾ ac tabulae quae ad eam seriem pertinebant vinculis ferreis inter se coagmentatae erant⁵⁾. quibus tabulis veteribus coronae imponendae erant,

und ungeheure Quadern, zum Theil erst halb bearbeitet, sich auf der Hügelreihe erhalten haben etc. Pittakis *Αρχ. έφημ.* 1837 *Δεκεμβ.* p. 61. -- ,τὰ σωζόμενα ἐπὶ τοῦ λόφου κολοσσαῖα λείψανα ἐνὸς μεγίστου ναοῦ ---- τοῦ Διὸς ἐπονομαζομένου βασιλέως'. Stephani, *Reise durch ein. Thle. d. nördl. Griechenl.* p. 68 sqq. Götting de orac. *Troph.* p. 6. Schliemann, *Orchomenos* p. 9 sqq.

¹⁾ cf. ad I. § 5.

²⁾ *Θὰ ἦσαν δὲ αἱ εἴτε τρεῖς εἴτε καὶ πλείονες στήλαι ἰδρυμέναι ποτὲ παραλλήλως, τοῦθ' ὅπερ ὑποσημαίνουσι καὶ οἱ ἐκατέρωθεν τῆς στήλης σωζόμενοι τόρμοι.*

³⁾ cf. v. 74.

⁴⁾ cf. v. 67 sq. *τὰς στήλας τὰς ὑπαρχούσας.*

⁵⁾ cf. v. 70 sq. *τὰ δέματα τὰ ὑπάρχοντα ἐν ταῖς στήλαις.*

de quibus conficiendis agitur v. 67 sqq. earum coronarum quattuor fiunt ternorum pedum longitudinis, reliquae septem numero senos sive quinos pedes longae¹⁾. quae coronae undecim omnes coniunctae longitudinis erant, si summam subducimus, minimum pedum undequinquaginta²⁾, ita ut his undecim coronis tabulas, si quidem nostrae tabulae tres pedes latae erant similes, sedecim minimum numero exornatas fuisse ponamus necesse sit: unde colligere licet his sedecim tabulis centum triginta fere milia litterarum incisa fuisse.

Eam autem inscriptionum seriem, de qua facienda agitur in iis quae v. 67 antecedunt, alteri perfectae similem fuisse cum per se probabile sit, tum eo confirmatur, quod v. 73 sq. addita sunt verba *καὶ ἐργᾶται πάντα καθῶς καὶ περὶ τῶν ἐπάνω γέγραπται*. novarum quoque tabularum numerum fuisse satis magnum cum ex ipsis praeceptis³⁾ eluceat, tum inde apparet, quod omnino tot praecepta de conficiendis his inscriptionibus composita sunt. neque vero quisquam mirabitur inscriptionis tabularum numerum paene incredibilem, si contemplatus erit quam copiose (quinque fere milibus litterarum) describantur tredecim illi lapides, de quibus sculptendis et collocandis praecepta inscriptionis servatae parte posteriore⁴⁾ continentur. quod si totius aedificii partes particulaeque omnes eadem diligentia erant descriptae, mehercule ne sescentae quidem tabulae sufficiebant. nec mirum quod aedes ita descripta perfecta non est.

Qua re ad alteram inscriptionis partem revocamur. nemo certe leges locationis quae ea parte continentur leget,

¹⁾ cf. v. 75—77.

²⁾ quattuor coronae tripedales	= 12 ped. longit.
duae (ad minim.) coronae sexpedales	= 12 ped. longit.
quinque coronae quinquepedales	= 25 ped. longit.
<hr/>	
undecim coronae	= 49 ped. longit.

³⁾ cf. § 3.

⁴⁾ vv. 89—189.

quin nimia quam auctor ad opera describenda adhibuit diligentia obstupescat, quin iure quaerat, quomodo factum sit, ut simplicissimae structurae tanto verborum impendio describerentur. atque re vera praeter titulum Atticum de reficiendis munimentis Athenarum scriptum nullum est huiusmodi locationis exemplum, quod apte cum titulo Lebadensi comparari possit, neque illa operum descriptio in titulo Attico ad paucos lapides sculpendos spectat, sed ad structuras permagnas et satis difficiles. verisimile autem est, architectum Lebadensem qui locationis leges composuit Atticorum auctoritatem et usum secutum esse. nimiam enim hanc in describendis structuris accuratorem quomodo facile explicabis, nisi inanem quandam abundantiam procreatam esse statueris diuturna artis exercitatione, qualis a Boeotis aliena est. quod si reputaveris, inscriptionem satis recenti aetate compositam esse censebis. quae res etiam aliis argumentis confirmatur. litterarum enim formas Cumanudes eius Romanae dominationis aetatis quae aeram Christianam antecedit, proprias esse adnotavit¹⁾. eandem aetatem, saecula dico a. Chr. n. alterum et primum, cum vocabulorum quae in titulo usurpata sunt fictiones et sermonis proprietates indicent²⁾, tum totius inscriptionis habitus testatur. quaerendum autem est, num quo tempore titulus scriptus esse videatur paulo accuratius definiri possit. si res in Boeotia inde a tertio a. Chr. n. saeculo gestas perlustraveris, deteriore omnium rerum statum quam quo Boeotorum et res publica et privatae condiciones tum fuerint fingi posse negabis³⁾. cumque ex multis veterum testimoniis constet fuisse hoc proprium foederis Boeotii extrema rei nummariae difficultate laborare, cogitari

¹⁾ cf. quae ex Cumanudis adnotationibus rettuli supra p. 5.

²⁾ e. g. verba *μυθολογείν, τριμματολογείν*, alia insolenter composita quae in parte posteriore leguntur recentiorem tituli originem testantur.

³⁾ cf. Polyb. XX, 6, 1, sqq., Hertzberg, Gesch. Griechenl. unt. d. Römern I p. 104 sq., v. Wilamowitz in Hermae vol. VIII p. 434 sqq.

nequit Boeotos templi Iovis aedificationem sua sponte ac suis sumptibus instituisse. immo quaerendum est, quis iis pecuniam, qua ingentem illam aedem prope Lebadeam exstruerent, suppeditaverit vel potius se suppeditaturum esse promiserit. at praeter Pausaniae locum supra adscriptum nullum exstat de templo Iovis Lebadensi antiquitatis testimonium, ita ut nihil restet nisi ut periculum faciamus coniectandi. Atque equidem statuerim Antiochum IV Epiphanem Syriae regem Lebadeae Iovis templum exstruere instituisse et foederi Boeotio pecuniam dedisse. de cuius regis munificentia Livius auctore Polybio ¹⁾ haec tradit XLI 20: „in duabus tamen magnis honestisque rebus vere regius erat animus, in urbium donis et deorum cultu. Megalopolitanis in Arcadia murum se circumdaturum urbi est pollicitus maioremque partem pecuniae dedit; Tegeae theatrum magnificum e marmore facere instituit; Cyzici in prytaneo - - vasa aurea mensae unius posuit; Rhodiis ut nihil unum insigne, ita omnis generis, ut quaeque usus eorum postulaverunt, dona dedit. magnificentiae vero in deos vel Iovis Olympii templum Athenis, unum in terris inchoatum pro magnitudine dei, potest testis esse; sed et Delon aris insignibus statuarumque copia exornavit, et Antiochiae Iovis Capitolini magnificum templum - - et alia multa in aliis locis pollicitus, quia perbreve tempus regni eius fuit, non perfecit.“ quae verba extremae coniecturam supra propositam confirmare videntur. accedunt alia. nam si aedificium eodem tempore quo Olympium Athenis a rege Antiocho institutum esse statueris, scilicet ante pugnam apud Pydnam commissam, intelleges quo iure Pausanias templi aedificationem omissam esse posuerit *διὰ τὸ μέγεθος ἢ καὶ τῶν πολέμων τὸ ἀλλεπάλληλον*. constat enim perpetuis bellis ab exteris inlatis et intestinis discordiis Boeotorum opes funditus eversas esse eosque magis

¹⁾ Polyb. XXVI, 20, 12 ex Athenaeo V p. 194 a. cf. H. Nissen, *Untersuch. üb. d. Quellen d. Livius* p. 6 sq., p. 240 sq.

magisque debilitatos Augusti aetate, sicut Strabo narrat, „ne vici quidem memoratu digni speciem tuitos esse: solas exstitisse ex Boeotorum urbibus Thespias et Tanagram; ceterorum rudera et nomina sola relicta fuisse“¹⁾. quo testimonio simul tempus quo Iovis aedem Lebadeae conditam esse coniecimus commendatur. consentaneum enim est Lebadeses tum, cum prope ab eorum urbe templum a Boeotorum foedere exstrueretur, in aliquo numero et honore fuisse apud foederatos.

¹⁾ p. 403. 410.



Commentatio prior.

I.

De operum publicorum apud Graecos administratione.

Priusquam in singula praecepta quae titulo Lebadensi continentur diligentius inquiram, necesse est explicem, quomodo variis temporibus apud Graecos aedificationes administrari solitae fuerint. cum inscriptiones servatae omnes ad opera vel publica vel sacra spectent, per se intellegitur non pauca quae instrumentis inserta sunt ex publico Graecorum iure repetita esse. summam vero formularum et totam negotii gerendi rationem iuri privato magis quam publico propria fuisse vix est quod moneam.

Ac primum quidem de inscriptionibus Atticis saeculi a. Chr. n. V extremi quae ad aedem Minervae Poliadis spectant disseram¹⁾, deinde, qua ratione saeculo IV extremo opera publica Athenis elocata esse videantur, exponam, denique examinabo negotii gerendi rationem quae inde a saeculo III apud Graecos in usu fuerit.

Aedificiis illis clarissimis, quibus Athenienses inde a Periclis aetate usque ad finem belli Peloponnesiaci arcem exornaverunt, construendis collegia curatorum (*ἐπιστάτων*) praefecta erant. atque in rationibus de Propylaeorum aedificatione redditis²⁾ quinque *ἐπιστάται* commemorantur. quo numero

¹⁾ in titulis citandis utar si placet numeris, quibus Adolfus Michaelis in sylloge supra comm. usus est: tit. 16 = CIA. I. 282, tit. 17 = CIA. I. 321, tit. 17a = *Αθήν.* vol. VII. p. 482, tit. 19 = CIA. I. 322, IV. 1. 322, Mus. Brit. I. XXXV, tit. 20 = CIA. I. 324.

²⁾ cf. Michaelis tit. 1 et 2 (CIA. I. 314, 315).

fuerint curatores quibus praefectis Parthenon aedificatus est ex inscriptionibus non apparet, cum unum scribae nomen commemorari soleat¹⁾. collegio trium curatorum qui struendae aedi Minervae Poliadis praecerant praeter scribam, qui nulli huiusmodi collegio deesse solet, architectus (*ἀρχιτέκτων*) quoque adiunctus erat²⁾. a cuius officio cum rationes de impensis factis reddendae alienae fuisse videantur, non mirum est, quod is in rationum tabula una cum curatoribus non commemoratur. sed nescio an hic architectus, qui ad curatorum collegium pertinuisse videtur, distinguendus sit ab eo, qui mercedem in singulos dies drachmam accepit, qui quidem una cum *ἑπογραμματοῖ* commemoratur³⁾. probabile enim est, alterum architectum sicuti curatores quibus adiunctus erat a populo creatum fuisse, alteri munus a curatoribus mandatum. curatores operibus non eidem perpetuo praefecti erant, sed in singulos annos a populo creati fuisse videntur. nam quod eosdem curatores per annos plures munere functos esse ex titulis ad Parthenonem spectantibus intellegitur⁴⁾, suspicari licet eos a populo relectos esse.

Curatores materiam opificibus suppeditasse videntur omnem. vecturae enim pro lapidibus ex lapicidinibus publicis Pentelicis advectis solutae⁵⁾ et aliae impensae in materiam

¹⁾ Mich. 3, 4, 5 = CIA. I. 300—313; IV. 1. 297 a, b, mitth. d. arch. Inst. in Athen IV p. 3 et 34.

²⁾ tit. 19 § 1.

³⁾ cf. tit. 20 a I v. 56—57, c II v. 8—10. curatorum in collegio sunt: *ἀρχιτέκτων Φιλοκλῆς Ἀχαρνεύς* et *γραμματεὺς Ἐτέαρχος Κεθαθηναίεύς* (cf. praescr. inscr. 11 quae ad ann. 409/8 pertinet). in rationibus ni fallor paulo recentioribus (tit. 20) bis enumerantur *μοδοὶ ἀρχιτέκτων Ἀρχιλόχῳ Ἀργυλῆθεν, ἑπογραμματοῖ Πυργίωσι*. cave igitur ne cogites Archilochem successorem fuisse Philoclis. — fortasse eadem ratione explicandum est discrimen quod intercedebat inter Ictinum et Callicratem Parthenonis architectos (cf. Michaelis, Parthenon p. 11). Callicrates medium longorum murorum struendum redemerat (Plut. Pericles c. XIII p. 160). ceterum *ἑπαρχιτέκτων* praeter architectum commemoratur in inscriptione Lebadensi v. 160—61.

⁴⁾ cf. Kirchhoff, CIA. I p. 160 ad tit. 301, 308, 309.

⁵⁾ cf. Köhler, mitth. d. arch. Inst. IV. p. 34; Michaelis tit. 4.

factae (*ὠνήματα*) in rationibus redditis enumerari solent. mercedem singulis opificibus pro operibus effectis vario sane modo solvebant. opifices enim aut in dies singulos conducebantur in quos sive singulas drachmas singuli sive quinos obolos accipiebant (*καθημερίσια*)¹⁾, aut redimebant opus faciendum cuius pretium sive in perpetuum fixum erat, sicuti id quod in anaglyphi figuras expendi solebat²⁾, sive pro certa parte constitutum (*μισθώματα*). ita in inscriptione 17a inde a v. 30 enumerantur *μισθώματα* quae expensa sunt in opera a quodam artifice inquilino Melitensi (--- ἐμ Μελί: οἰκ:) confecta; antecedunt rationes de operibus quae Euaenetus manifesto eadem ratione praestiterat. quae opera quorum pretia singulis artificibus soluta ibi enumerantur si contuleris cum iis quae definita sunt in titulo 16, videbis eo titulo contineri indicem operum quae Euaenetus vel Melitensis ille vel alius praestare debuerit³⁾. is autem index cur ab elocationis instrumento proprio atque vero distinguendus sit, statim dicam. encausticas picturas solas, quantum scimus, curatores redemptori (qui *μισθωτής* appellatur) faciendas elocare solebant, qui redemptor ut par est praedem (*ἐγγυητήν*) dabat⁴⁾. cum ceteri artifices praedes non dedisse videantur, necesse est statuamus aliquod discrimen factum esse inter opera vere locata et opera compluribus artificibus sicuti Euaeneto et illi Melitensi distributa. quod discrimen accurate definiri nequit. nescio an redemptori pretii quo licitus erat pars, antequam

¹⁾ cf. Michaelis 17a col. c v. 25: τέκτοσι μισθώματα καὶ καθημερίσια. praeter fabros ὑπουργοὶ et πρίσται καθ' ἡμέραν ἐργαζόμενοι erant. cf. tit. 20 a col. I v. 1 sqq.; col. II v. 21 sqq. et a col. I v. 29 sqq.: πρίσται καθ' ἡμέραν ἐργαζόμενοι, δυοῖν ἀνδρῶν ἐκκαίδεκα ἡμερῶν, δραχμῆς τῆς ἡμέρας ἐκάστης ἑκατέρῳ.

²⁾ sculptores (*ἀγαλματοποιοί*) pro singulis anaglyphi figuris maioribus sexagenas drachmas accipiebant (cf. 20 b col. I, c col. I), *χάλκας ἐργασάμενοι* pro singulis quaternas denas drachmas (cf. c col. II v. 69 sqq.), *κηροπλάσται* pro singulis exemplaribus drachmas octonas (cf. c col. II v. 1—8).

³⁾ cf. Michaelis l. l. p. 44.

⁴⁾ cf. 20 a col. I v. 42 sqq.; c col. II v. 12 sqq.

opus faciendum institueret, soluta fuerit. indicem autem operum (t. 16) curatores tunc composuisse videntur, cum opera singulis artificibus attribuerent. certum salarium (*μισθόν*) accipiebant ὁ ἀρχιτέκτων et ὁ ὑπογραμματεὺς¹⁾. ex pretiis solutis apparet a singulis artificibus socios aut omnino non adhibitos fuisse aut perpaucos: nec nisi bis terve in titulis alicuius artificis socius (*συνεργός*) commemoratur²⁾. denique lapicidis qui columnarum ῥάβδωσιν sculpebant qua ratione mercedes expensae sint, quaerendum est. mirum enim est, quod lapicidae in eadem columna strianda occupati singulis prytaniis pares mercedes accipiebant, qui aliam columnam laevigabant per eandem prytaniam impares³⁾. quod si rationes examinaveris, videbis, quo maior lapidarum in eadem columna occupatorum fuerit numerus, eo minores mercedis portiones singulis solutas esse. atque si pecuniae singulis prytaniis in singulis columnis laevigandis consumptae summas subduxeris, habebis summas solidas, plerumque pares.

columnae	lapicidae	prytaniae:					
			VIII a.	VIII b.	IX.	X. 4)	
I.	Λάσσοσ Ἀλωπ.	κ. οἱ ἔτ.	?	100	110		
II.	Φάλακρος Παιαν.	„ „	?	100	110		
III.	Ἀμεινιάδης ἐν Κοίλῃ οἱ.	„ „	90	100	110		
IV.	Σιμίας Ἀλωπ. οἱ.	„ „	90	100	60	50	
V.	Ὀνήσιμος Νικοστρ.	„ „	100	[90]?	—	—	
VI.	Θευγένης Πειραι.	„ „	90	?	[60]?	50	

¹⁾ cf. 20 a col. I v. 55 sqq.; c col. II v. 8 sqq.

²⁾ inscr. 20 a col. I v. 29—41: *πρίσταισ καθ' ἡμέραν ἐργαζομένοισ -- δυοῖν ἀνδρῶν -- Παίδῳ -- καὶ συνεργῶ.* socii ab eis artificibus, qui pretiis constitutis opera susceperant et *μισθώματα* accipiebant, adhibiti cur commemorarentur, non erat causa. propterea puto 17 v. 42 non recte restitutum esse: *Φάλακρω- κα[ὶ] συνεργῶ ΔΔ κτλ.* nomen ibi desideratur.

³⁾ cf. titul. 20.

⁴⁾ octava prytania columna quinta absoluta esse videtur. de fragmento d prytaniae decimae tribuendo cf. Michaelis l. I. p. 52. — discrimina exigua, quae inter mercedes lapicidis in eadem columna occupatis solutas intercedunt, praetermissi. — sextae columnae lapicidis prytania IX non CX sed LX drachmas solutas esse censeo (cf. c II v. 68).

Ex his numeris perspicies fixam statutamque summam solidam in singulis columnis a curatoribus consumptam inter lapicidas singularum columnarum aequis portionibus divisam esse.

Habemus igitur rationes satis varias quibus curatores operum pretia et mercedes solvisse videntur. iam ut de universa operum administratione iudicium faciamus: manifestum est singulas quasque res penes curatores fuisse, eos opera facienda et indicasse et in portiones parvas divisa singulis artificibus attribuisse, ipsos non pauca opera, ni fallor per architectum, operariis qui in dies singulos mercedem accipiebant adhibitis perfecisse. contra redemptores qui maiores operis partes faciendas conduxerint, omnino absunt. neque locationum instrumenta composita fuisse videntur, immo consentaneum est singula quaeque quomodo facienda essent, a curatoribus artificibus praecepta esse.

Quae res eo notabilior est, quoniam satis vetustum apud Graecos usum fuisse elocandi singulis redemptoribus pretio constituto non solum structuras minus difficiles, exempli gratia moenia aedificanda, sed etiam templa exstruenda discimus ex Herodoti narratione de templo Apollinis Delphici quod incendio deletum erat ab Alcmaeonidis exsulibus saeculo VI a. Chr. n. extremo denuo exaedificato II 180: *Ἀμφικτυόνων δὲ μισθωσάντων τὸν ἐν Δελφοῖσι νῦν ἔοντα νηὸν τριηκοσίων ταλάντων ἐξεργάσασθαι*, quod pretium paulo post *μισθώμα* vocatur, et V 62: *οἱ Ἀλκμαιωνίδαι -- παρ' Ἀμφικτυόνων τὸν νηὸν μισθοῦνται τὸν ἐν Δελφοῖσι τὸν νῦν ἔοντα τότε δὲ οὐκῶ, τοῦτον ἐξοικοδομήσαι. -- τὸν τε νηὸν ἐξεργάσαντο τοῦ παραδείγματος κάλλιον, τὰ τε ἄλλα καὶ συγκειμένον σφι πωρῖνου λίθου ποιέειν τὸν νηὸν, Παρίον τὰ ἔμπροσθε αὐτοῦ ἐξεποιήσαν.*

Sed haec subnotasse satis habeo. redeo ad Atticorum usum enarrandum. Athenis cum medio fere saeculo a. Chr. n. quinto Callicrates medium eorum murorum quibus Athenae cum mari coniungebantur exstruxisse videatur certo pretio

conductum¹⁾, discrimen factum esse apparet inter opera subtiliora ad aedes sacras spectantia quae in partes exiguas dividi solerent et munimenta struenda quae singulis redemptoribus locarentur. idem discrimen etiam saeculo quarto extremo Athenienses observasse ex duobus titulis Atticis perspicere licet quorum altero decretum senatus et populi de murorum refectione anno a. Chr. n. 307/6²⁾ factum continetur, altero rationes a quinque curatoribus redditae de impensis publice factis ad aedem Iovis Σωτήρος in Piraeo reficiendam³⁾. in quibus rationibus opera quae notantur singula in iudicio (ἐν δικαστηρίῳ) redemptoribus locata erant. atque cum summae artificibus singulis qui aedem Minervae Poliadis exstruebant solutae praeter pretia sculptoribus expensa quinquaginta drachmas exsuperare non solerent, pro operibus ad aedem Iovis spectantibus pensiones multo maiores factas esse ex rationibus apertum est. adeoque singulis redemptoribus, Archestrato exempli gratia Carystio, opera compluria simul conducere licuit. quae si computaveris, mecum fortasse consenties magistratus operibus publicis praefectos singularum rerum curam iam aliquanto magis quam saeculo antecedente e manibus emisisse.

Iam examinemus oportet decretum de munimentis Athenarum reficiendis. cui operi praeter architectum a populo

¹⁾ cf. Plutarch. Pericl. c. XIII (p. 160): τὸ δὲ μακρὸν τεῖχος, περὶ οὗ Σωκράτης ἀποῦσαι φησι αὐτὸς εἰσηγουμένον γνώμην Περικλέους, ἡργολάβησε Καλλικράτης.

²⁾ CIA. II. 167. titulum incisum esse archontis Anaxicratis anno Köhlerus statuit mitth. V p. 276.

³⁾ cf. Ἀρχαιολογικὴ ἐφημερίς περ. β' ἀριθ. 421 (p. 397). Eustratiades aetatem tituli statuit inter ol. 111, 1 et 127, 4 (336—270 a. Chr. n.). curatores quo numero fuerint, definiri potest eis quae titulo praescripta sunt diligenter examinatis v. 2: Διὸς Σωτήρος, ἐπιστατούντων: curator primus τοῦ Πλει -- curator |² secundus τοῦ Ἐπιφάνους, Ἀζηνι: Ἀε[urator tertius]ους [τ]ο[ῦ] -- ρά[του]ς Παλλ: curator |⁴ quartus: Ἀφ[urστείδου τοῦ Ἀρίστ[ων]ος Περγα: quinque curatorum nomina scripta erant, singula tricenarum fere litterarum.

creatum (τὸν ἀρχιτέκτονα τὸν χειροτονημένον ὑπὸ τοῦ δήμου) curatores ex lege iure iurando obligati, numero ni fallor tres¹⁾ praefecti sunt. opera ab architecto in decem portiones²⁾ divisa a poletis et praefecto aerarii vel administrationis (τῷ ἐπὶ τῆ διοικήσει) certis pretiis³⁾ redemptoribus locata sunt. locationis leges a curatoribus et architecto per populum creato perscriptae, subiectis et redemptorum nominibus et pretiis quibus opera facienda liciti erant, in eadem tabula marmorea in qua decretum senatus et populi scriptum erat incisae sunt⁴⁾. curatores materiae partem quam res publica suppeditatura erat redemptoribus iuxta eam muri partem quam quisque conficiendam conduxerat tradere debebant⁵⁾. reliquam materiam redemptores ipsi praebebant⁶⁾. consentaneum autem est, quamquam id non traditur, operum probationem ex curatorum et architecti officiis fuisse. redemptoribus praedes dandos fuisse⁷⁾ et operum quae quisque conduxisset partes certas singulis annis⁸⁾ perficiendas ex paucis quae in titulo valde lacunoso restitui possunt verbis colligere licet.

Inde a saeculo a. Chr. n. tertio in aedificationibus publicis certa et elocandi et administrandi ratio apud Graecos in usu communi fuisse videtur. duo enim tituli et amplitu-

¹⁾ cf. vv. 35—36; nomina curatorum legibus locationis praescripta fuisse consentaneum est. cum nominibus singulis praeter demoticum patris nomen additum fuisse videatur, trium curatorum nomina incisa fuisse puto: [ἐπιστατούντων τοῦ δέινα - -] κλέους ἐκ Κηθῶν καὶ Ἀυτολύκου [τοῦ δέινα - - καὶ tertii curatoris], οἱ πωληταὶ κτλ. - verba v. 23 a Müllero egregie restituta ὄ[ρχη πι]σ[τῶ]σαι ἐν τῆ [β]ουλ[ῆ] κατὰ [τὸν ν]όμ[ον] ad curatores rettulerim collato loco tituli Lebadensis q. l. v. 43. redemptores iure iurando obstrictos fuisse non puto.

²⁾ δέκα μέρη v. 7 cf. v. 120 sqq.

³⁾ cf. v. 35 sq. et v. 120 sqq.

⁴⁾ cf. Köhler in adn. ad inscriptionem CIA. II p. 71. v. 32 scribendum esse videtur τὰς συγγραφὰς] ἄς ἂν εἰσενέγκωσιν; cf. v. 108.

⁵⁾ cf. v. 26, 111.

⁶⁾ cf. v. 48.

⁷⁾ cf. v. 112.

⁸⁾ cf. v. 105 sq. et v. 14.

dine et argumenti gravitate insignes praeter monumentum Lebadense diem tulerunt quibus praecepta de operibus extruendis data continentur, legem dico de locationibus operum publicorum et sacrorum Tegeae in oppido Arcadiae saeculo a. Chr. n. tertio extremo ni fallor promulgatam¹⁾ et locationis instrumentum de reficiendo templo Apollinis Delii eadem fere aetate compositum²⁾. cuiusmodi locationes in multis Graeciae civitatibus in usu fuisse verisimile est. nam tanta similitudo et rerum quae praecipuntur et formularum quae adhibentur intercedit inter monumenta supra commemorata, ut non solum totam et operis locandi et negotii gerendi rationem quam tribus Graeciae locis minime finitimis in usu fuisse videmus, sed etiam singula praecepta plane sollemnia fuisse appareat. qui consensus qua ratione explicandus sit, nunc non quaero, propterea quod necesse est cetera quoque monumenta similia quae diem tulerunt, potissimum locationes fundorum, diligentissime examinemus et cum illis comparemus, antequam difficillimam illam quaestionem diiudicemus. itaque singularum formularum consensum indicasse satis habeo.

Ac primum quidem praecepta quae in titulis modo commemoratis perscripta sunt brevi in conspectu ponam. observandum autem est magna ex parte eo consilio constituta esse haec praecepta, ut eis respublica praeponderantibus iam redemptoribus se praemuniret. operum enim portiones a singulis redemptoribus conductas Athenis extremo saeculo a. Chr. n. quarto maiores fuisse quam saeculo antecedente inscriptionibus Atticis perlustratis supra demonstravimus.

¹⁾ post Cyprianum, Bergkium, Bangaben Adolfus Michaelis inscr. Tegeaticam edidit in *annal. philol.* vol. LXXXIII (anni 1861) p. 585—596 commentario quo maxime de dialecto Arcadica disseruit instructam. anno 1868 P. Foucart titulum denuo descriptum edidit ad *Le Bas suppl.* vol. II, 340 e. cf. explicat. p. 200—203.

²⁾ cf. CIG. 2266; fragmentum similis inscriptionis, idem Deliacum, Cumanudes edidit *Ἀθήνηαιον* IV p. 454 sq. hos titulos alio loco diligentius tractabo. brevitatis causa inscriptionem Lebadensem siglo L, Tegeaticam T, Deliacam maiorem D, minorem D 2 notabo.

atque si locationes aetate posteriore compositas — saeculis III et II —, praecipue instrumentum Deliacum contemplamur, videmus operum portiones permagnas a singulis redemptoribus conduci solitas fuisse. hinc apparet singularum rerum curam ipsorum curatorum voluntati et arbitrio saeculo tertio redemptoribus intercedentibus inter curatores et opifices magis magisque subtractam esse. redemptores enim quo maiores operum publicorum portiones singuli suscipiebant, quo plures ad opera suscipienda societates inibant, eo magis curatorum arbitrium elevare poterant. unde intellegitur, cur in locationum legibus curatorum potestas redemptores in singulis rebus omnibus custodiendi interpellandi coercendi praecipue definiri soleat.

Curatorum enim officia haec sunt: locatio operis, custodia ac coercitio redemptorum et opificum, probatio operis, solutio pretii. eorum collegia singulis operibus praefecta opera sive tota sive in partes divisa redemptoribus elocant, unde Tegeae proprio nomine locatores (*ἑσδοτῆρες*) appellabantur¹⁾. locationis leges quae ad negotia gerenda spectant, cum de operibus publicis agatur, ex lege communi²⁾ translatae praeter operum descriptionem ab architecto confectam³⁾ locationis instrumento inseruntur. curatores pretia et mercedes sive proponunt sive cum redemptoribus constituunt⁴⁾, non minus

¹⁾ L § 2, § 14, v. 92, v. 37 sqq., D v. 4. — de locatoribus Tegeaticis cf. Foucart, explicat. ad n. 194a, v. 13—19. — de vocabulo *ἑσδοτῆρες* cf. ad L v. 5—6 annot. 2. — curatores Delios (*ἐπιστάτας*) sicuti Atticos non ordinarios fuisse magistratus, sed ad singula opera administranda creatos nemo negabit. de curatoribus Lebadensibus qui *ναοποιοί* vocantur dubitari potest, utrum magistratus ordinarii fuerint necne. ex multis Graecorum civitatibus magistratus eius nominis commemorantur: *ναοποιοί* in titulis Amorgi repertis (cf. mitth. I p. 342 sqq.) et in titulis Ephesiis (cf. Wood, Discoveries at Ephesos Append. II n. 1 et ib. p. 4 annot. 5), *ναοποιοί* notissimi ex monumentis in Asiae urbibus repertis.

²⁾ T § 8, L § 17; cf. ad L § 4.

³⁾ L § 13; cf. v. 52, 74, 89—188.

⁴⁾ L § 2, § 14; cf. v. 63, 66.

quam temporum spatia quibus opus absolvendum sit: utrumque in instrumento perscribi solet¹⁾.

Opere elocato curatores et redemptorem et opifices in opere occupatos custodiendi ius habent. quam materiam res publica se suppedaturam esse promisit, curatores ab ipsis examinatum probatamque eo loco quo opus struendum est redemptori tradunt²⁾. ferramenta et cetera arma quae redemptor adhibere debeat et materiam ab eo suppeditandam licet curatoribus et in locatione definire et in opere examinare³⁾. quantum tempus redemptor sive casu inopinato sive per ipsos detentus est, tanto curatores spatium constitutum redemptori prorogant⁴⁾. neque aliter nisi curatorum arbitrato a locationis legibus discedere licet⁵⁾. denique curatoribus potestas est redemptores et opifices in omnibus rebus interpellandi⁶⁾.

Etiam multandi potestas curatoribus quippe qui operibus publicis praefecti sint data est. saepissime enim praecipitur licere curatoribus multare redemptorem sive ipsis sive locationis legibus non oboedientem⁷⁾. multae aut in instrumento antea definitae sunt⁸⁾ aut a curatoribus aestimando constituuntur⁹⁾; plerumque sive iudicii ordinarii sive magistratuum sententia confirmandae fuisse videntur¹⁰⁾. multarum exactio Tegeae penes heliastas, alibi penes curatores est¹¹⁾. opifices contumaces a curatoribus ex opere expelli possunt¹²⁾. disceptationes inter redemptores ortas curatores iurati concilio prope opera

¹⁾ cf. L § 3, D v. 3.

²⁾ L § 9, II § 2, v. 99 sqq., D v. 23.

³⁾ cf. L v. 124 sq., 154 sqq. etc.

⁴⁾ L § 9, T § 2; cf. Plato leg. p. 920 D.

⁵⁾ L § 6, II § 12

⁶⁾ cf. supra p. 25.

⁷⁾ L § 4, II § 7, § 11, D v. 6, T § 3, § 7.

⁸⁾ L v. 1, v. 39, T v. 23, 28 sqq., 42 sqq., D v. 3, D 2 v. 10.

⁹⁾ T v. 17—18, L v. 17—19, 175.

¹⁰⁾ T v. 18 sqq., cf. L v. 5, v. 157, 175.

¹¹⁾ T v. 23 sq., L v. 3—4, D v. 5, D 2 v. 8.

¹²⁾ L v. 19 sqq., 176 sqq., T v. 49 sqq.

habito diiudicant; quod iudicaverint ius ratumque esse praecipitur¹⁾.

Si quod opus redemptor perfectum esse nuntiavit, id curatores tempore certo examinare et probare debent²⁾. pretium quo opus faciendum redemptor licitus est temporibus constitutis in antecessum solvunt³⁾, decima parte cautelae loco retenta: quae pecunia residua opere effecto probatoque redemptori traditur⁴⁾. quo rectius pecuniae pensiones fiant, certa multa constituitur quam curatores *ὑπερήμεροι* solvere debeant⁵⁾.

Ubicunque in titulis de rebus ad artem spectantibus agitur, architectus (*ὁ ἀρχιτέκτων*) sive solus sive una cum curatoribus quorum collegio adiunctus est commemorari solet. id maxime fit ut par est in praeceptis de operum probatione compositis⁶⁾. neque raro cum opus difficile vel magni momenti construitur, architectus adesse iubetur⁷⁾. in Tegeatica lege locatores cum architectis uno nomine *οἱ ἐπιμελόμενοι* appellari videntur⁸⁾, sicuti in senatus et populi Atheniensium decreto de reficiendis munimentis Athenarum architectus a

¹⁾ L § 8, T § 1, D v. 22 sq.

²⁾ D v. 19—22; cf. L v. 160 sq.

³⁾ L § 10, § 15, D v. 12—16.

⁴⁾ L v. 59—67, D v. 14—16.

⁵⁾ D v. 16—17, cf. Plato leg. p. 921 B—D.

⁶⁾ D v. 19—22, L v. 53, 160—61, D 2 v. 4 sq.

⁷⁾ L v. 130—131, 152.

⁸⁾ v. 47; cf. infra ad L § 4 quae disputabo. Foucart in explic. ad tit. Arcad. 340e *τοὺς ἐπιμελομένους* legis Tegeaticae cum Atheniensium operum publicorum curatoribus comparavit. cavendum autem est, ne *τοὺς ἐπιμελομένους* 'curatores' a locatoribus perverse distinguamus. nam cum ex instrumentis ceteris tum ex illa lege satis apparet locatores Tegeaticos non solum opera elocasse, sed etiam curatorum munere sicuti *ἐπιστάτας* Athenienses et Delios, *ναοποιούς* Lebadenses functos esse. collegio autem locatorum homines artis usu peritos, architectos dico, Tegeae quoque adiunctos fuisse consentaneum est. eos cum locatoribus uno nomine *τοὺς ἐπιμελομένους* significatos propterea putaverim loco de quo agimus commemorari, quod is locus non tam spectat ad negotia administranda quam ad operis ipsius custodiam quae hominibus artis imperitioribus quales locatores fuisse saepe videntur committi non potuit.

populo creatus (ὁ ἀρχιτέκτων ὁ χειροτονημένος ὑπὸ τοῦ δήμου) et curatores (οἱ ἐπιστάται) iudice Köhlero bis uno nomine ‚architecti‘ (οἱ ἀρχιτέκτονες) vocantur.

Pauca addo de redemptorum (ἐργωνῶν) officiis quorum et compluribus singulas operis partes et uni universum opus redimere licet¹⁾. at ne quis plura quam duo opera facienda conducat, neve plures quam duo redemptores eiusdem locationis participes fiant, poena denunciata in lege Tegeatica cavetur²⁾. ex lege Deliacā inter complures redemptores, antequam opera facienda suscipiant, decernendum est actione de dolo malo instituta³⁾.

Redemptor priusquam ad opus faciendum aggrediatur praedes dat⁴⁾, de quibus statim dicam. quaecunque in locationis instrumento scripta sunt redemptor aut intra tempus statutum perficere debet, aut certam multam (ἐπιφοράν) committit⁵⁾. qui si quid omnino non perfecit⁶⁾, opus denuo locatur et a redemptore priore praeter pecuniam antea ei solutam certa multa una cum sumptibus qui accedunt exigitur⁷⁾. sin quid male fecit redemptor suis impensis de integro struere debet⁸⁾, alii operi damnum si quod intulit suis impensis resarcire obligatus est⁹⁾. operarios et numero et sollertia idoneos redemptoribus adhibendos esse in titulo Lebadensi praecipitur¹⁰⁾. cum de aliis rebus tum de disceptatione orta redemptoribus referendum est ad curatores¹¹⁾.

Inprimis redemptoribus praecipitur dolo malo ne agant

¹⁾ L v. 48, D v. 22, T v. 1 sq. — redemptor semper ἐργωνῆς vocatur.

²⁾ T § 4.

³⁾ D v. 9—12.

⁴⁾ L § 6, v. 47, D v. 9, v. 12.

⁵⁾ D v. 3, T v. 43 sq.

⁶⁾ D v. 4—5, D 2 v. 6 sqq., T § 5 (Plato leg. p. 920 D, 921).

⁷⁾ L § 1 (cf. p. 30 sq.), T v. 12—13, D v. 4 sq., v. 11, D 2 v. 7.

⁸⁾ L § 4, D v. 6 sq., L v. 174.

⁹⁾ L § 7, T § 6.

¹⁰⁾ L § 3.

¹¹⁾ T § 1; cf. L § 8, D v. 22 sq.

neve curatoribus male pareant¹⁾. obligatione redemptores aut post opus perfectum probatumque ut par est liberantur aut ita ut opus denuo alteri redemptori locetur et praedes novi dentur²⁾. pecuniae quae eis debetur a curatoribus exigendae potestas redemptoribus in titulo Deliaco plane ac diserte concessa est³⁾.

Operariis (*ἐργάταις, συνεργαζομένοις*) cum curatoribus paene nullum est certum negotium, nisi quod curatorum coercitioni ita subiecti sunt, ut ab iis multa affici et ex opere expelli possint⁴⁾. redemptores singulis opificibus opus faciendum designasse videntur. neque a curatoribus sed a redemptore opifices mercedem accipiunt⁵⁾.

Restat ut breviter de praedibus et testibus dicam. praedes (*ἔγγυοι, ἐγγυηταί*) a redemptore exhibiti, ut de ipso fidem darent, locupletes (*ἀξιόχρεοι*) esse debent⁶⁾, i. e. tantas opes quantis de obligatione a redemptore contracta de suo praestare possint, testato profiteri debent. redemptor enim et praedes adeo obligati sunt, ut a singulis solidum quod debetur exigere liceat⁷⁾. periculo autem quod in se receperunt non prius quam redemptor obligatione liberantur⁸⁾. praedibus opera danda est, non solum ut redemptor opera suscepta efficiat, sed etiam ut et multas impositas et alia quae debeat rite pendat⁹⁾.

Negotium inter curatores et redemptorem contractum Deli magistratum et privatorum hominum testimoniis confirmari solebat¹⁰⁾. testium nomina locationis instrumento

¹⁾ L § 4, T § 3, § 7.

²⁾ L § 6, D v. 10—11.

³⁾ D v. 16 sq. cf. Plato leg. p. 921 C, D.

⁴⁾ L § 4, T § 7.

⁵⁾ propterea in locationibus de opificum condicione verba nulla fiunt.

⁶⁾ L v. 27.

⁷⁾ germ. „sie haften solidarisch“; cf. T § 5 et titulum Boeoticum bull. de corr. Hell. III. p. 460 sqq. v. 29—35.

⁸⁾ cf. L § 6.

⁹⁾ cf. T § 5, L § 1, v. 38 sqq., D v. 5, 11.

¹⁰⁾ D a v. 25 sqq., b v. 1 sqq.

subiecta sunt. Lebadeae opera locabantur praesentibus arbitris publicis¹⁾.

His in universon praemissis iam tituli Lebadensis partem priorem diligentius interpretemur. cum autem ea quae ad ipsam artem struendi spectant a quaestionibus de negotio administrando institutis nimis absint, singulas quae in titulo commemorantur structuras et vocabula ad architecturam spectantia in altera commentatione explicaturus sum.

II.

De tituli Lebadensis parte priore.

§ 1 (v. 1—5) agitur de pecuniis quas curatores a redemptore et ab eius praedibus exacturi sint, ni fallor ubi redemptor opera quae facienda conduxit non perfecerit. quae res cum comparato tituli Deliaci loco v. 4 sq. *ἐὰν δέ τι | μὴ ἐπιτελέσῃ, ἐξέστω τοῖς ἐπιστάταις καὶ ἀπειθοῦναι τὰ κατα* [- - - - *εἰσπραξάντων δὲ |⁵ οἱ] ἐπιστάται τὸν ἐργῶν καὶ τοὺς ἐγγυητὰς ᾧ ἂν τρόπῳ ἐπίστωνται* - - intellegitur, tum perspicitur ex pecuniis quae enumerantur exigendis. consentaneum enim est redemptorem qui opus susceptum non perfecerat²⁾ et pecuniam si quam accepisset omnem reddere debuisse et poenam dare constitutam — quintam pecuniae partem (*τὸ ἐπίπεμπτον*³⁾) — et pendere pecuniae summam

¹⁾ L § 17 et quae adnotavi.

²⁾ D 2 v. 6—9, T v. 12—13.

³⁾ *τὸ ἐπίπεμπτον* (v. 1) vulgo significat totum cum eiusdem parte quinta, hoc loco solam partem quintam quae, ut infra v. 38 sqq. dimidia, praeter ipsam summam solvenda est. ita *τὸ ἐπίδεκατον* quoque quod et infra v. 50 sqq. et in titulis Deliacis (vv. 13 14 21; 2 v. 5) occurrit decima est pars pretii quo opus conficiendum licitus est redemptor. cf. Harpocr. lex. p. 122, 10 ed. Dind.: *Ἐπίδεκατον τὸ δέκατον Ἰσαῖος ἐν τῷ κατ' Ἑλληγόρου. καὶ ἐπίπεμπτον εἰώθεσι λέγειν τὸ πέμπτον, ὡς καὶ Εὐπολις Ἀντολόκῳ. cf. p. 128, 5: ἐπίπεμπτον Ἀνσίας - - καὶ Πλάτων*

qua pretium constitutum operis denuo locati¹⁾ pretio superatur (τὸ ὑπερέφεμα)²⁾ et solvere multas si quae ei irrogatae essent³⁾. ea omnia exiguntur curatores a redemptore et a praedibus: quod si nequiverint, eorum nomina in debitorum album referre debebunt. itaque paragraphum primam sic fere scriptam fuisse exempli gratia propono: εἰάν τις μὴ ἐπιτελέσῃ τῶν ἔργων (D v. 4, D 2 v. 6), καὶ τοῦτο ἐπεγδώσουσιν οἱ ναοποιοί (L v. 38). τὸ δ' ἀργύριον ὃ ἂν εἰληφῶς τυγχάνῃ (T v. 13),

v. 1. καὶ ὁπόσου ἂν ἐργωνήσῃ πάντων τῶν ἐργων τὸ ἐπίπεμπτον ἀποτεισά-

v. 2. τω ὃ ἐργωνῆς. ταῦτα δὲ καὶ τὸ ὑπερέφεμα καὶ εἰάν τις ἄλλο

v. 3. ἀργύριον ἐκ τῶν ἐπιτιμίων προσγένηται αὐτῷ, ἅπαν-

v. 4. τα πρά[ξουσιν] οἱ ναοποιοί - -

verba extrema (v. 5) εἰς τὸ λεύκωμα ἐγράψουσιν⁴⁾ quid sibi velint, perspicies ex usu Attico de quo certo constat ex Lysiae oratione nona § 6: ἐπιβαλόντες δὲ τὸ ἀργύριον (οἱ μετὰ Κτησιλέους τοῦ ἄρχοντος) πράξασθαι μὲν οὐκ ἐπεχείρησαν, ἐξιούσης δὲ τῆς ἀρχῆς γράψαντες εἰς λεύκωμα τοῖς

(comicus) ἀντὶ ἀπλοῦ τοῦ πέμπτον. Ἀριστοφάνης κτλ. — v. 1 ἀποτείσ[ει] sive ἀποτεισά]τω restituendum est. ad formam quod attinet cf. Ahrens, de dial. dor. p. 184, Sauppe, de titulis Tegeaticis (Ind. lect. Gott. 1876—77) p. 9 sq.

¹⁾ cf. § 6 et v. 37 sq., D. v. 4.

²⁾ τὸ ὑπερέφεμα (v. 2). εὐρίσκειν verbum quo sensu adhibuerit tituli auctor perspicere licet ex v. 7: ὅτι ἂν εὐρωσιν scil. στήλαι et θρυγκοί, quanti constabunt, v. 38: ὅτι δ' ἂν εὐρῆ, τοῦτο αὐτὸ καὶ ἡμῶλιον ἀποτείσει, quanto constabit, tantum pecuniae et dimidium solvet, cf. v. 76, D v. 11: ὅσον δ' ἂν τοῦτο εὐρεῖ. Herodot. I. 196: ὅπως αὐτῇ (sc. ἡ πάρθενος) εὐρούσα πολλὸν χρυσίον προθείη, hac magno auri pretio venum data. alia exempla omitto. itaque *ὑπερέφεμα (asterisco praeposito vocabula quae ex inscriptione nostra primum innotescunt denotabo) id est, quo certa summa expensis superatur (Mehrkosten). de scriptura εὔρεμα pro εὐρημα Romanae aetatis scriptoribus propria cf. Lobeck. ad Phryn. p. 445 sq.

³⁾ cf. v. 61.

⁴⁾ εἰς τὸ λεύκωμα ἐγράψουσιν (v. 5). ἐγράψωιν eodem sensu adhibetur in titulo Corcyraeo CIG. 1842: τῶν [τῶν προξεν]ίαν ἐγράψαν[τας εἰς χάλκωμα]. — locationes quoque in albo scribebantur. cf. tit. Troezen. apud Foucart ad Le Bas 157a v. 49: λευκώματος τῶν συγγρόφοι.

ταμίαις παρέδωσαν. potuit quoque fieri, ut curatores redemptorem nomine eius in album relato reum facerent¹⁾.

§ 2 (v. 5—12) *elocamus*²⁾ *autem opus quod ex aere faciendum erit totum; tabulas vero et coronas ex lapide faciendas aequis pretiis elocamus, contra substructiones redemptor quasi subsiciva operis construito. pororum autem pro singulis lapidibus pretium certum accipito quinarum drachmarum quotquot praebuerit, litterarum autem quas incidet et inuret pro singulis milibus singulos stateres et ternos obolos.* v. 6—7 manifesto inter se opponuntur τὸ ἔργον πρὸς χαλκόν, vincula ni fallor quibus tabulae coagmentantur, et τὰ ἔργα πρὸς λίθον, tabulae coronae substructiones, quae dictiones ex fabrili quodam usu receptae esse videntur³⁾. tabularum et coronarum pretia non constituuntur. curatores id tantum declarant se eas secundum aequabilem proportionem locaturos esse⁴⁾. ἐν προσέργω ea.

¹⁾ cf. T v. 19—21.

²⁾ ἐγδίδομεν (vv. 5—6). cf. v. 38: καὶ τοῦτο ἐπεγδώσουσιν οἱ ναύποιοι: curatores igitur ipsi ea praecepta composuerunt. — ἐκδιδόναι ἔργον, opus faciendum elocare, et apud scriptores et in titulis haud raro legitur. cf. Dem. de corona § 122: ὡςπερ ἀνδριάντα ἐκδεσθῶς κατὰ συγγραφὴν, Plato leg. XI. p. 921a: τὴν τιμὴν τῶν ἔργων ὀφειλέτω, ὧν ἂν τὸν ἐκδόντα ψεύσῃται, inscriptionis Boeoticae Le Bas 467 (CIG. 1570) saeculi a. Chr. n. primi v. 27. sq.: τὰς ἐγδώσεις ποιούμενοι τῆς τε ἐργασίας καὶ τῆς ἐπισκευῆς παρὰ κατοπίας· ἐγδότης δὲ ἡ ἀρχὴ κ. τ. ε. (agitur de patera aurea facienda), tit. in Syro insula reperti Le Bas 1885 (CIG. 2347c) v. 60: ἐλέσθαι ἄνδρα ὅστις ἐγδώσει τὴν στήλην, qui vir bis (v. 64, v. 69) ἐγδότης vocatur, inscr. Laconicae Foucart ad Le Bas 194a v. 13: ὁ δὲ ἐγδοτῆρ ἐγδότης στάλαν λιθίαν. ἐπεγδιδόναι, iterum locare, in nostra inscr. legitur v. 78, *ἀπεκδιδόναι, opus locatum obligatione sublata alii redemptori elocare, D v. 4, προσεγδιδόναι (et ἐγδιδόναι) de fundorum elocatione adhibetur in titulo Chio bull. de corr. Hell. III. p. 244 A v. 35. — elocatio ἐκδοσις appellatur a Platone in legibus l. 1.; cf. inscriptiones Boeoticas Le Bas 588 (CIG. 1625) v. 16, 467 (1570) l. 1., inscr. Argol. Foucart ad Le Bas 116a v. 18. in inscriptione Arcadica ἐσδιδόναι (T v. 7, 52), ἐσδοτῆρες (ib. v. 6, 15, 18, 48), ἐσδοσις (v. 16), ἐσδοκά (v. 40, 51) formae non diversae sunt ab ἐκδιδόναι etc., ut ἐσδέλλω (v. 49) est pro ἐκβάλλω, ἐς pro ἐκ (v. 49).

³⁾ dictionibus πρὸς χαλκόν et πρὸς λίθον similia apud scriptores Graecos frustra quaesivi. nos dicimus, die gesammte Arbeit in Erz.

⁴⁾ ἐφ' ὁμαλίαν ὅτι ἂν εὐρωσιν (v. 7 sq.), cf. v. 74 sqq.: ἐκδίδομεν

struuntur opera quae, cum ab initio non accurate definiri possint, pretio constituto non locantur. de his operibus paragrapho undecima agitur¹⁾, unde perspicimus pro operibus subsicivis redemptori debitum pretium (*τὸ γιγνόμενον αὐτῶν*) non in antecessum sed opere effecto solvi. denique *ὑποτιμήματα* quae pro poris a redemptore suppeditatis et pro litteris incidendis penduntur, certa pretia a curatoribus proposita, distinguenda sunt ab iis pretiis quibus redemptor opus licitus est²⁾. quae cum ita sint, hanc habemus solvendi rationem:

- 1) locantur: a. opus universum *,πρὸς χαλκόν'*,
b. tabulae et coronae sculpendae, statuendae.
- 2) pretium pro operibus effectis solvitur (*τὸ γιγνόμενον*, v. 63):
c. operum subsicivorum, substructionum, aliorumque de quibus agitur § 11 et § 12.
- 3) pretium a curatoribus in antecessum constitutum est:
d. pororum lapidum quos redemptor praebebit,
e. litterarum.

pecuniae pensiones qua ratione fiant, exponitur § 10. poros quibus substructiones struebantur redemptores, meliorem materiam tabularum et coronarum curatores suppeditabant. mensurae autem saxorum pro quibus quinae drachmae solvuntur in antecedentibus definitae erant.

τοὺς θριγκοὺς - - τοῦ ἴσου ὅσον ἂν καὶ οἱ λοιποὶ εὔρωσιν. Ubi οἱ λοιποὶ ii sunt θριγκοὶ de quibus loco de quo agimus verba fiunt. *ῥμαλία* (i. e. *ῥμαλότης*) ex analogia vocis *ἄνωμαλία* soloece fictum est. (In glossis est *ῥμαλία* planitudo'.)

¹⁾ *ἐν πρόσεργῳ ποιήσει* (v. 8). cf. v. 62: *ἐὰν δέ τι πρόσεργον θῆ γενέσθαι συμφέρον τῷ ἔργῳ*, siquid opus subsicivum quod universo operi prosit fieri necesse erit. v. 131 vox *πρόσεργον* iterum legitur ubi ni fallor ea lapidis particula *τὸ πρόσεργον* vocatur quam hodierni *Arbeitszoll'* dicunt.

²⁾ *ὑποτίμημα* (v. 9). *ὑποτιμᾶν* verbum significat aliquid aestimare, pretium alicuius rei indicere. cf. Aristot. Oecon. II 35: *τοὺς δὲ φόρους πράσσεσθαι ἐκέλευεν, ὅσον αὐτοὶ ὑπετιμήσαντο*. itaque **ὑποτίμημα* est pretium a curatoribus aestimatum et propositum (Anschlag, Voranschlag). pretium quo redemptor opus faciendum licitus est (Zuschlagsumme) in instrumento Deliacο *ἄλφημα* vocatur.

Cum pro singulis milibus litterarum pretium constitutum sit singulorum staterum et ternorum obolorum, quod efficit ex ratione Attica ternas drachmas et ternos fere obolos¹⁾, pro litteris nostrae tabulae incisis (circiter octo milibus quingentis) triginta fere drachmae Atticae solutae sunt. quae summa cum pretiis in titulos conficiendos erogatis quae in decretis senatus et populi Atheniensium commemorantur²⁾ non apte comparari potest, cum quo pretio redemptor Lebadensis tabulas sculpendas et statuendas conduxerit nesciamus, cumque pretia in decretis Atticis (denarum, vicenarum, tricenarum, sexagenarum drachmarum) non solum pro litteris incidendis, sed etiam pro tabulis ex lapicidinis publicis advehendis, sculpendis, statuendis constitutae sint.

§ 3. (v. 12—15). *operator autem continuo pecuniae pensione accepta intra dies decem, adhibitis operis sociis propter artem idoneis numero minimum quinque*³⁾. ex operariorum quos redemptor adhibere debeat numero⁴⁾ colligere licet

¹⁾ 1 stat. et 3 obol. Boeotorum = 3,47 drachm. Attic. = 2,71 Mark (5 drachm. Boeot. = 7 dr. Att. = 5,50 Mark). cf. Hulstsch, Gr. u. Röm. Metrol. p. 257 sq.

²⁾ cf. Schöne, Griech. Rel. p. 17—19. — pro titulis CIA. II 17 (qui Nausinici anno scriptus est) litterarum c. MMM, et CIA. II 167 de munimentis Athenarum scripto c. novem milium litterarum sexcentae drachmae solutae sunt, duplum pretium quam quo octo milia quingentae litterae constabant inscriptionis Lebadensis.

³⁾ Ad formam *ἐργᾶται* (v. 12, cf. vv. 102, 115) cf. Kühner, Ausf. Gr. d. Gr. Spr. I. p. 572, Dittenberger in Herma Berol. XVI p. 172 not. — *δόσις* (v. 13) pensio est pretii quo redemptor opus vel eius partem licitus est (cf. vv. 48, 54, 60, 78, 81): in inscriptione Boeotica saeculi a. Chr. n. primi Le Bas 467 (CIG. 1570) legitur v. 35: *δότησαν τὰς δόσεις τῷ ἐργῶνῃ*. Athenis pecuniae mutuo datae pensio *δόσις* appellari solet, cf. CIA. I 273. in inscriptione Mylasensi apud Le Bas 421 (CIG. 2695) leguntur verba: *ὅταν ποιῶσιν τὴν δόσιν τῶν γεγραμμένων χρημάτων, καὶ δότησαν οἱ ταμίαι τοῖς ἀνδράσιν τοῖς καθεσταμένοις ἐπὶ τῶν προγεγραμμένων ἔργων*. — de re cf. § 10.

⁴⁾ Cum plures duobus lapicidis in una tabula facienda simul occupati esse non possint, necessario statuendum est minus tribus tabulis redemptoribus singulis conducere non licuisse. a compluribus quadratariis titulus Eretriensis *Ἐρ. ἀρχ. περ. β* n. 404 incisus est. cf. quae adnotavit editor p. 322: *ἐν γένει δὲ αἱ πλευραὶ τοῦ λίθου φαίνονται, ὅτι ὑπό*

tabularum numerum fuisse permagnum, cum ex sententia curatorum¹⁾ complures redemptores in titulis conficiendis occupari possent quorum quinos quisque ad minimum socios haberet.

§ 4. (vv. 15—23). *quod si non oboedierit in ulla ex iis rebus quae in locationis legibus scriptae sunt*²⁾, *sive quid dolo malo fecisse*³⁾ *convictus erit, multabitur a curatoribus ea poena quam meritus esse videbitur*⁴⁾ *non exsecutus munera quae locationis legibus continentur. quod si quis opificum quos adhibebit quicquam dolo malo fecisse convictus erit, expellitor ex opere neve diutius cooperator. sin praecceptis non oboedierit, ipse quoque multabitur una cum redemptore. praeccepta simillima legi Tegeaticae inserta sunt inde a v. 45: εἰ δ' ἂν τις τῶν ἐργωνᾶν ἢ τῶν ἐργαζομένων ἐπηρειάζεν δέατοι ἐν τὰ ἔργα ἢ ἀπειθῆναι τοῖς ἐπιμελομένοις*⁵⁾ *ἢ κατυφρονῆναι τῶν ἐπιζαμίων*

πολλᾶν ληθοζῶων ἐγράφησαν. atque frontis (cf. πίναξ 48, a) litteras duo lapicidae uno eodemque tempore incidisse videntur quorum alter a versu primo alter a versu quadragesimo scribendi initium fecit, unde colligere licet octoginta versus olim in tabula incisos fuisse. priori autem lapidario spatium vacuum ab altero relictum adeo non suffecisse apertum est, ut versus extremi (39) dimidio priore duplicem litterarum numerum quam versibus antecedentibus quibus litteras accurate ex ordine disposuit incidere cogeretur. fortasse litteras quas usque ad v. 40 scribere posset non recte computaverat.

¹⁾ cf. § 8, § 10 v. 48—50: ὁπόσου ἂν ἐργωνήση πασῶν τῶν στηλῶν καὶ τῶν θριγκῶν.

²⁾ τῶν κατὰ τὴν συγγραφὴν γεγραμμένων (vv. 15 sq., 18 sq.). at τὰ γεγραμμένα nihil aliud est nisi συγγραφὴ ipsa. rectius igitur scripsisset τῶν ἐν τῇ συγγραφῇ γεγραμμένων ut v. 175 sqq.

³⁾ κακοτεχνῶν (v. 16). verbum κακοτεχνεῖν significat apud scriptores idem ac κακουργεῖν, malis artibus uti, malitiose agere. cf. CIG. 2555 in iure iurando Cretensi v. 19: οὐ κακοτεχνήσω οὐδὲν τῶν ἐν ταῖς τε ἰσοπολιτεῖαι γεγραμμένων οὔτε λόγῳ οὔτε ἔργῳ. neque aliter κακοτεχνεῖν verbum in nostra inscr. interpretabimur, cum in Teg. leg. simili significatione ἐπηρειάζειν verbum usurpatum sit.

⁴⁾ ζημιωθήσεται - καθ' ὅτι ἂν φαίνηται ἄξιος εἶναι (v. 17 sq.). cf. T v. 17 sq.: ζαμιόντων ὅσα ἂν δέατοί σφεις ζαμίαι et verba legis Amphictyonum de Delphicarum rerum administratione CIA. II 545 (CIG. 1668) v. 25: ζαμιούντων ὅτινι κα δικαίω σφιν δοκῆ εἶμεν ἐπιζαμίω.

⁵⁾ cf. p. 27 annot. 8.

τῶν τεταγμένων, κύριοι ἔόντω οἱ ἔσδοτῆρες τὸ μὲν ἐργάταν ἐσδέλλοντες ἐς τοῖ ἔργοι, τὸν δὲ ἐργάταν ζαμιόντες ἰν ἐπίκρισι, κατάπερ τὸς ἐπισυνισταμένους ταῖς ἔσδοκαῖς γέγραπτοι. neque aliter me iudice intellegenda sunt decreti de reficiendis munimentis Athenarum CIA. II 167 verba v. 24 sq.: τῶν ἐν] τ[ῶ]ιδε τῷ ψηφ[ίσ]μ[ατι] γεγραμμένω[ν] ο. . . | --- ουσαν κολ[άζειν τὸν] μὴ πειθαρχοῦ[ν]τα sc. τῶν μισθωσαμένων¹⁾.

§ 5. (v. 22—26). *quodsi in opere faciendo e re esse videatur mensurae alicui ex eis quae praescripta sunt non nihil vel addi²⁾ vel detrahi, quomodocunque iubebimus facito.*

Praecepta quae paragraphis quarta et quinta continentur paene omnia alteri inscriptionis capiti iterum inserta sunt II § 11 sq. (v. 174—182), ubi agitur de coagmentandis lapidibus quibus stylobates tegatur, eademque accurate repetuntur, nisi quod praeter curatores qui poenas irrogent boeotarchae quoque appellantur. id eam ab causam factum esse puto, quod opera illa ad ipsam aedem pertinent quam inde perspicimus ex Boeotii foederis concilii sive contionis³⁾ sententia exstrui. ergo boeotarchae communis foederis magistratus operibus quae ad ipsam aedem pertinent pariter atque Athenis praeter curatores senatus praesunt. inde autem quod omnino illa praecepta nostrae inscriptioni bis inserta sunt, ea exemplar aliquod referre probabiliter colligere licet. atque cum leges locationis nonnulla contineant praecepta quae his instrumentis non sunt propria, immo in omnibus elocationum instrumentis

¹⁾ cave ne verba τὸν μὴ πειθαρχοῦντα ad curatores spectare putes. (cf. V. Heydemann, de senatu Atheniensium, Argent. 1880, p. 28 sq.)

²⁾ προσλείπειν (v. 23). in titulo anno p. Chr. n. 79 scripto Laodiceae reperto CIG. 3935 v. 3 τὰ προσλείψαντα τοῦ ἔργου operis imperfecti sunt partes etiam exstruendae. cf. Aristoteles pol. VII 17 extr.: τὸ προσλείπον τῆς φύσεως ἀναπληροῦν. loco de quo agimus προσλείπειν est aliquantum ultra mensuram relinquere, i. e. non sculpendo praecidere (zugehen). ad συναρθεῖν verbi significationem illustrandam cf. locum qui legitur apud Polybium in libr. X 11, 4: (ὁ περίβολος τῆς πόλεως) νῦν δὲ καὶ μᾶλλον ἔτι συνήρηται.

³⁾ cf. Boeckh, CIG. vol. I p. 728.

inesse debebant¹⁾, cumque eadem praecepta sive iis similia re vera inserta sint non solum instrumento Deliaco sed etiam legi Tegeaticae quae ἡ κοινὴ σύγγραφος dicitur²⁾, ea ex communi aliqua lege translata esse existumo. huiusmodi lex communis ὁ ναοποιϊκὸς νόμος cuius infra³⁾ mentio fit, legi Tegeaticae ni fallor similis, fuisse videtur. itaque facile explicabis, cur curatores quamquam ipsi leges locationis composuerint haud raro de ipsis tertia persona adhibita loquantur⁴⁾.

§ 6. (v. 24—29). *neve solvuntor obligatione quam redimendo contraxerint qui ab initio functi erunt praedes et redemptor, donec is qui opera iterum locata denuo redemerit⁵⁾ praedes dederit locupletes⁶⁾. de operibus autem antea effectis qui ab initio praedes fuerint usque ad ultimam probationem praestanto.* apparet verba fieri de operibus a primo redemptore non perfectis quae quomodo denuo locanda essent in iis praeceptis quae totius inscriptionis partem servatam antecedeabant expositum fuisse demonstravimus⁷⁾. conferenda autem sunt tituli Deliaci verba v. 10 sq. quae ita restituenda esse alio loco ostendam: *ἐπειδὰν δὲ καταστήσῃ* (sc. ὁ νικήσας τῆ δίκῃ) *ἀληθείας ἐγγυητᾶς, λελύσθω ὁ τοῦ ψεύδους ἐ[αλωκὸς τῆς ἐργωνίας - - - |¹¹ . . ἔρ]γον?, ὅσον ἂν τοῦτο εὔρει ἀναπωλούμενον, ἐξέστω τοῖς ἐπιστάταις εἰσπράξαι τὸν ἐργῶνῃν καὶ τὸν ἐν[γυητῆν - - -]*. Deli enim inter complures redemptores ante-

¹⁾ ea dico praecepta quae leguntur §§ 1, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 16, 17, II §§ 7, 11, 12.

²⁾ T v. 53.

³⁾ vv. 88—89.

⁴⁾ vide p. 32 ann. 2.

⁵⁾ ὁ ἐπαναπριάμενος τὰ παλίνπωλα (v. 26). cf. Iul. Pollux in onomastici lib. VII § 12: τὸ δὲ δεύτερόν τι πιπράσκειν ἀναπωλεῖν καὶ ἀναπιπράσκειν λέγουσιν -- καὶ τὰ δεύτερον πιπρασκόμενα ἀναπωλούμενα -- ἢ παλίνπωλα. itaque nostro loco ὁ *ἐπαναπριάμενος is dicitur, qui opera quae alter redemptor imperfecta reliquerat iterum locata (παλίνπωλα) denuo conduxit. emptionem autem et venditionem a locatione et redemptione in horum vocabulorum usu non distingui constat.

⁶⁾ ἀξιόχρεος forma ionica (Herod. IV 126) a recentioribus, Polybio Dionysio Halic. aliis adhibetur.

⁷⁾ cf. de § 1 quae disputavimus p. 30 sq.

quam opus faciendum susciperent, decernendum fuisse actione de dolo malo instituta supra dixi. prior autem redemptor (ὁ ἐξ ἀρχῆς ἐργώνης tituli Lebadensis) qui doli mali convictus erat, ὁ τοῦ ψεύδους ἐαλωκώς, non solutus est redemptione, antequam alter redemptor qui lite de dolo malo habita vicerat, ὁ νικήσας τῇ δίκῃ, et opera denuo locata conduxerat (ὁ ἐπαναπριόμενος τὰ παλίνπωλα L, cf. τὸ ἀναπωλούμενον D), novos praedes dedisset.

§ 7. (v. 29—41). *neve laedito ullum opus eorum quae in sacro sunt redemptor. qui si quid laeserit, id suis impensis probe reficito intra temporis spatium quodcunque curatores definerint. sin lapidem integrum pessum dederit in opere is qui tabulas statuendas redemerit¹⁾, alterum restituito probum suis impensis nullam moram operi [faciens]²⁾. lapidem autem pessum datum removeto e sacro intra dies quinque. quod nisi fecerit, lapis sacer esto. sin nec sanaverit nec restituerit rem pessum datam, eam quoque locabunt curatores. quantae autem pecuniae constabit, tantam pecuniam et eius dimidium redemptor et praedes solvunto. sin suapte natura lapis pessum datus erit, poena liber esto de eo lapide is qui tabulas statuendas redemerit.* confer eadem praecepta legi Tegeaticae inserta v. 37—44: εἰ δ' ἂν τις ἐργωνήσας ἔργον τι ποικατυβλάψῃ τι ἄλλυ τῶν ὑπαρχόντων ἔργων εἴτε ἱερὸν εἴτε δαμόσιον εἴτε ἴδιον πὰρ τὰν σύγγραφον τᾶς ἐσδοκαῦ, ἀποκαθιστάτω τὸ κατυβλαφθὲν τοῖς ἰδίους ἀναλώμασιν μὴ ἦσσον ἢ ὑπᾶρχε ἰν τοῖ χρόνοι τᾶς ἐργωνίαν· εἰ δ' ἂμ μὴ κατυστάση, τὰ ἐπιζᾶμια ἀπυτειέτω

¹⁾ ὁ τῆς θέσεως ἐργώνης (v. 33). non necesse est statuamus eum qui tabulas collocandas suscepisset alium fuisse quam qui ceteras operis partes faciendas redemisset. immo ex § 10 discimus τὸν τῆς θέσεως ἐργώνην etiam litteras incidisse.

²⁾ verba οὐδὲν ἐπικωλύοντα τὸ ἔργον (v. 34 sq.) quo referenda sint nisi ad verbum ἕτερον (ἀποκαταστήσει ἕτερον sc. λίθον) frustra quaeras. cum infra v. 45 sq. de curatoribus legatur εἰδὲ τι ἐπικώλύωσιν, lapidicidam ex errore accusativum ἐπικωλύοντα pro nominativo ἐπικωλύων qui referendus sit ad ipsum redemptorem incidisse puto. — cf. ἐπικωλύειν et κωλύειν eodem sensu adhibita T v. 6, 11, 13; διακωλύειν in inscr. Eretriensi Eph. ἀρχ. περ. β' 404a v. 14; Plato leg. p. 920 D.

κατάπερ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἔργοις τοῖς ὑπεραμέροις τέτακτοι.
 poena igitur redemptori solvenda, si opera suscepta intra
 temporis spatium statutum non perfecisset, in inscriptionis
 Tegeaticae parte deperdita definita erat.

§ 8. (v. 41—44). *si quid redemptores de iis rebus quae scripta sunt inter se disceptabunt, curatores iurati apud opera¹⁾ rem diiudicanto dum plures dimidio numero adsint. quod ei diiudicaverint, ius ratumque esto.* eadem legis formula in instrumento Deliaco adhibetur v. 22 sq.: ἐὰν δὲ πλέονες ἐργῶναι ὡσι καὶ κατὰ μέρη διέλωνται τὰ ἔργα, ἐάν τι ἀνφισβητῶσιν πρὸς ἀλλήλους, διακρινέτωσαν οἱ ἐπιστάται ἐν τῷ ἱερῷ καθίσαντες· ὅτι δ' ἂν οὗτοι διακρίνωσι, κύριον ἔστω, haud dissimilis formula in principio tituli Tegeatici v. 1 sqq.: — εἴ κ' ἂν τι γίνηται τοῖς ἐργῶναις τοῖς ἐν τοῖ ἀντοῖ ἔργοι, ὅσα περὶ τὸ ἔργον ἀπυέσθω δὲ ὁ ἀδικήμενος τὸν ἀδικέντα ἐν ἀμέραις τρισὶ ἀπὸ τῶ ἂν τὸ ἀδίκημα γένηται, ὕστερον δὲ μὴ· καὶ ὁ τι ἀγκρίνωσι οἱ ἐσδοτῆρες, κύριον ἔστω. cumque in pactis de fundis elocandis compositis formula de qua agimus adhiberi solita sit, quod perspicere licet ex inscriptione Amorgi²⁾ reperta, apparet eam plane sollemnem fuisse.

§ 9. (v. 45—47). *sin redemptori curatores in suppedi-
 tandis lapidibus moram fecerint* (i. e. lapides non certo ac
 constituto tempore praebuerint), *temporis spatium constitutum
 tanto quanto morati erunt prorogabunt.* similiter tempus amissum
 prorogando compensandum esse in locationibus constitui solet,
 si ὑπὸ τύχης ἀπροσδοκῆτου potissimum bello orto redemptor

¹⁾ ἐπὶ τῶν ἔργων (v. 43); cf. D v. 23: ἐν τῷ ἱερῷ καθίσαντες.

²⁾ mitthl. d. inst. v. I. p. 343 tit. XI v. 46—47: ὅσα δ' ἂν ἀμφισ-
 [βητῶσι, | διακρινέτωσαν] αὐτὰ οἱ νεωποιοὶ ἐν τῷ χωρίῳ καθίσαντες; cf.
 titulum Teium Herm. IX p. 501 sq. v. 30 sq. neque inepte comparari
 possunt legis parieti faciundo Puteolanae verba (CIL. I 577 col. III
 v. 7—11): ,hoc opus omne facito arbitrato duovir(um) et duoviraliū qui
 in consilio esse solent Puteoleis, dum ni minus viginti adsient,
 cum ea res consulatur. quod eorum viginti iurati probaverint,
 probum esto, quod ieis inprobaverint, improbum esto'.

invitus sive opus conficere sive ubi de fundis conductis obligatio contracta est fundis frui nequeat¹⁾.

§ 10. (v. 47—62). paragrapho decima pecuniae pensiones qua ratione fiant definitur:

1. *ubi autem redemptor praedes lege²⁾ dederit, accipito primam pensionem, pretium scilicet omnium quas redemerit tabularum et coronarum quae tabulis imponendae sunt, relicta totius summae parte decima³⁾.* cf. ad § 2 a et b. non solum de faciendis tabulis et coronis sed etiam de eis statuendis, ferri et plumbi ope coagmentandis verba fieri apparet ex iis quae sequuntur.

2. *ubi autem demonstraverit omnes tabulas et coronas sculptas, ex omni parte rectas, effectas secundum leges locationis, plumbo infuso vinctas curatorum et architecti arbitrato, accipito secundam pensionem, pretium scilicet litterarum quas incidet omnium, quae pecuniae summa computata est pretio proposito (singulorum staterum et ternorum obolorum pro singulis milibus litterarum) pro litterarum numero exemplarium ope subducto, relicta huius quoque summae parte decima.* vides litteras tabulis erectis et ferro plumboque inter se vinctis demum incisas esse, quod satis mirum est. sequitur pensio tertia:

3. *opere universo effecto probatoque, recuperato partem decimam quam reliquerit; et accipito pretium constitutum et pororum tot quot posuerit* (quinarum drachmarum, cf. § 3 d) *et*

¹⁾ cf. T § 2, pacti inter Eretrienses et Chaerophanem de palude siccanda (Ἐφ. Ἀρχ. περ. β tit. 404) verba v. 14, tabulae Heracleensis primae (CIG. 5774) locum v. 152 sqq., Plato leg. p. 920 D: ὅσα τις ἂν ὁμολογῶν ξυνδέσθαι μὴ ποιῆ κατὰ τὰς ὁμολογίας, πλην -- εἰν ὑπὸ τύχης ἀπροσδοκίτου τις ἄκων κωλυθῆ, κτέ.

²⁾ praedes qua ratione exhiberentur, fortasse in lege quae v. 87 ὁ ναοποικὸς νόμος appellatur definitum erat.

³⁾ τὸ ἐπιδέκατον (v. 50) quid sit demonstravimus p. 30 ann. 3. partem decimam retinendi usum fuisse docent instrumenta Deliaca, cf. D v. 13 sq., D 2 v. 5. — παντός (ib.) hic ut infra v. 26 τούτου sc. τοῦ ἄργυρου.

litterarum quotquot accepta pensione inciderit, ubi etiam partem decimam accipiet, nisi quid ad multas pendendas ei deductum erit. exemplaria enim inscriptionum redemptori ut litteras incideret una cum harum litterarum pretio exemplarium ope computato tradita erant. deinde fieri potuit ut postea additamentum aliquod vel correctiones maiores adiciendae essent redemptorique plures litterae incidendae quam quarum pretium accepisset. quarum plurium litterarum pretium redemptor una cum decima parte et pororum pretio opere probato accepit. universam autem rationem qua compluribus pensionibus pecunia in antecessum solvebatur usu receptam fuisse perspicimus ex locatione Deliaca ubi simillima invenitur solvendi ratio v. 12 sqq. exposita: ἐπειδὴν δὲ τοὺς ἐγγυητὰς καταστήσῃ ὁ ἐργῶνης [ἀξιοχρέους (?), ἀφελόντες οἱ ἱεροποιοὶ καὶ οἱ ἐπιστάται | ἀπ]ὸ τοῦ ἀλφρήματος παντὸς τὸ ἐπιδέκατον τοῦ λοιποῦ ἀργυρίου ἀποδόντων τὸ ἥμισυ τῷ ἐργῶνῃ· ἐπειδὴν δὲ μέρη [δύο λοιπὰ ἢ τῶν ἔργων, ἀποδόντων τοῦ ἡμίσεος | τ]ὸ ἥμισυ· ἐπειδὴν δὲ τὸ τρίτον μέρος λοιπὸν ἢ τῶν ἔργων, ἀποδόντων τὸ λοιπόν. ἀπὸ [δ]ὲ του ἐπιδεκάτου τοῦ [- - - ἀφ|ελό]ντων, ἐπειδὴν συντελεσθῆ τὸ ἔργον ἅπαν καὶ δοκιμασθῆ κατὰ τὴν συγγρα[φὴν ταύτ]ην, ἐπιτίμημα [ὄτ]ω ἂν [- - - -, τὸ δὲ λοιπὸν |¹⁶ ἀργύ]ριον ἀποδόντων τῷ ἐργῶνῃ. verba extrema quomodo intellegenda sint videbis, si comparaveris verba tituli Lebadensis v. 61: ἐὰν μὴ τι εἰς τὰ ἐπιτίμημα ὑπολογισθῆ, αὐτῷ. Puteolana quoque lex de pariete faciundo scripta conferri potest¹⁾.

§ 11. (v. 62—64). *sin quod opus subsicivum²⁾ fieri necesse erit quod operi toti prosit, conficito eadem norma et insuper accipito quod ei debetur, ubi probum esse demonstraverit.* de operibus subsicivis diximus supra ad § 2 (p. 32 sq.). etiam quae sequuntur huc pertinent:

¹⁾ CIL. I 577 col. III v. 14—16: (pecuniae) pars dimidia dabitur, ubi praedia satis subsignata erunt (cf. L v. 47, D v. 12), altera pars dimidia solvetur opere effecto probatoque (cf. L v. 57, D v. 15).

²⁾ πρόσεργον (v. 62) quid sit, dixi p. 33 anm. 1.

§ 12. (v. 64—67). *quodsi locus purgandus (ut in eo tabularum substructiones condi possint) mollis sive putridus inventus erit, poris inductis insuper munito tot quot necessarij erunt et pro ea quoque re quod ei competit accipito una cum parte decima.*

Sequuntur praecepta quae curatores composuerunt de perficienda altera tabularum serie quae iam collocata erat. quae tabulae coronis nondum exornatae erant. litterae cum non commemorentur, his tabulis ad veterem seriem spectantibus iam incisae fuisse videntur. atque primum quidem opus struendum paucis describitur § 13 quam rem in altera commentatione diligentius tractaturus sum, deinde adduntur quae curatores de eius operis elocatione decreverunt § 14, quae respondent iis quae § 2 continentur praeceptis, denique de pecuniae pensione agitur § 15, quae paragraphus cum § 10 conferenda est.

§ 13. (v. 67—74). *tabulis autem quae nunc sunt undecim coronas imponito, tabulis antea superne praecisis, dilatato spatio plano quod nunc est in tantum quantum iubebimus. eximito autem vincula quoque quae nunc sunt in tabulis, si quae prominebunt et impediunt eum in praecidendo, et foraminibus factis inserito ea loco inferiore et plumbo probe circumfundito. immittito autem in eas quoque (coronas) claves et ansas et plumbo circumfundito et conficito omnia sicuti de operibus supra descriptis declaratum est.*

§ 14. (v. 74—77). *elocamus autem has quoque coronas (undecim), sexpedales quidem et quinquepedales eodem pretio quo reliquae (quae ad novas tabulas pertinent) constabunt¹⁾, tripedales autem quattuor numero binas computabimus (eodem pretio quo singulas coronas maiores). quas coronas undecim ad minimum undequinquaginta pedes longas fuisse supra dixi. cum nesciamus quo numero tabulae veteres fuerint quantaque*

¹⁾ τοῦ ἴσου ὅσον καὶ οἱ λοιποὶ εὐρωσι (v. 76), cf. p. 32 ann. 4.

latitudine singulae, accurate definiri nequit quomodo undecim coronae cum tabulis veteribus compositae fuerint.

§ 15. (v. 77—82). *accipito autem harum quoque coronarum pretii pensionem, ubi demonstraverit¹⁾ tabulas* (novas de quibus § 1—12 agitur) *sculptas, collocatas, plumbo vinctas, coronas quae in eis ponendae sunt* (positas et) *inter se ansis superne inmissis conligatas. accipito [autem] earum quoque pretium relictis parte decima, sicuti de rebus supra expositis scriptum est.*

§ 16. (v. 83—87). *ubi autem coronas* (de quibus faciendis §§ 13—15 agitur) *composuerit et demonstraverit conlocatas, plumbo firmatas, perfectas, superne conligatas, probe inter se concinentes²⁾, tunc tabulas* (ni fallor omnes) *adhibito natro abluito³⁾ et litteras puras reddito et tam diu eluito quam diu iubebimus.*

§ 17. (v. 87—89). *reliqua vero omnia quae in locationis legibus non sunt scripta secundum legem censoriam et legem templo struendo fiant.* prior lex quae commemoratur ὁ κατοπτικός⁴⁾ νόμος dicitur. *κατόπται* peculiares Boeotis magistratus sunt de quibus Boeckhius⁵⁾ hoc statuit eos in rebus potissimum pecuniariis adfuisse magistratibus atque observasse, ne quid inique ageretur, ut in auro et argento tradendo⁶⁾, in locatione

¹⁾ v. 78 Cumanudes exhibet: ὅταν (δὲ) ἀποδείξῃ. δέ sive in lapide omissum ab editore additum est sive traditum ab eo uncis inclusum; certe falsum est. contra v. 81 δέ post λήψεται omissum esse puto. manifesto enim post κεφαλὴν interpungendum est.

²⁾ sive v. 85 ante ἐπειτεν voculam, sive extrema § 16 desidero partis decimae quae sine dubio opere effecto probatoque redemptori expensa est mentionem.

³⁾ ἐκνιτροῦν (v. 86) verbum, natri ope abluere, adhibuit Alexis apud Athen. VI. p. 230 B (Meineke frgm. 3 v. 4): ἐκνώματα ἐκνενιτρομένηα. de natro cf. quae collegit Blümnerus, Terminol. u. Technol. I. p. 162. in rationibus Corcyraeis supra citatis (CIG. 1838) refertur, ἐς τὸν βωμόν νίτρον, puto ad lavandam aram pingui victimarum commaculatam. cum lapicidae ad lapides laevigandos oleo utantur (cf. v. 154—159) non mirum est, quod tabulae perfectae natro lavandae sunt.

⁴⁾ *κατοπτικός (v. 88) adiectivum adhuc ignotum erat.

⁵⁾ CIG. I p. 730 sq. (§ 6 introduct. inscr. Boeot.).

⁶⁾ cf. titulum qui spectat ad res sacras Amphiaraii quod prope Oropum

operum¹⁾, in debitis solvendis²⁾: simul catoptas solos accepisse rationes. a catoptis igitur ὁ κατοπτικὸς νόμος denominatus est; quid ea lege praescriptum fuerit, nescimus. comparato autem titulo CIG. 1570³⁾ statuendum est catoptas Lebadaeae quoque adesse debuisse cum opera ad aedem Iovis spectantia a curatoribus locarentur. unde fortasse colligere licet ea lege expositum fuisse qua ratione locationes publicae fieri deberent. de altera lege supra p. 36 sq. disputavimus. etiam legi communi Tegeaticae praeceptum huic de qua agimus formulae simile subiectum est quo iubetur legem communem praeter propria instrumenta valere: v. 52 sqq. (§ 9): *ὅτι δ' ἂν ἐσδοθῆ ἔργον εἴτε ἱερὸν εἴτε δαμόσι[ον], ὑπάρχεν τὰν κοινὰν σύγγραφον ταν[δ]ὶ κυρίαν πὸς τᾶ ἐπὲς τοῖ ἔργοι γεγραμμέν[α] συ]γγράφ[οι].*

fuit saeculi iudice Boeckhio a. Chr. n. extremi CIG. 1570, Le Bas 467 v. 20 sq. et v. 31 sq.

¹⁾ ib. v. 27 sq.: *τὰς ἐγδόσεις ποιούμενοι τῆς τε ἐργασίας καὶ τῆς ἐπισκευῆς παρὰ κατοπτας.* de accusativo cf. Boeckh. l. l. p. 726, § 18.

²⁾ cf. titulum Orchomenium saeculo a. Chr. n. IV ni fallor exaratum CIG. 1569 I II, Le Bas 628.

³⁾ cf. ann. 1.



Commentatio altera.

De rebus ad artem spectantibus quae in titulo Lebadensi leguntur.

I.

De operibus in parte priore commemoratis.

Inscriptionem Lebadensem in partes duas, priorem de conficiendis titulis (v. 1—89) posteriorem de struendis operibus quae ad aedem Iovis Regis spectant (v. 89—188) seiunctam esse supra demonstravimus. atque quamquam operis de quo faciendo parte priore agitur accurata descriptio in tabula quae nostram antecessit scripta fuisse videtur¹⁾, tamen in instrumenti parte servata non pauca leguntur ad artem spectantia, in quae nunc diligentius inquiram.

De utraque titulorum serie quid in universum statuendum sit, supra²⁾ exposui. titulos prope templum Iovis Regis erigendas fuisse cum per se verisimile sit, tum perspicitur ex verbis v. 29 sq.: *μηδὲ καταβλαπτέτω μηθὲν τῶν ὑπαρχόντων ἔργων ἐν τῷ ἱερῷ* et v. 35 sq.: *τὸν διαφθαρέντα λίθον ἐξάξει ἐκ τοῦ ἱεροῦ. τὸ ἱερόν* consaeptum fuisse consentaneum est. locus quo tabulae erigerentur purgandus et poris ingestis muniendus erat. paragrapho enim duodecima (v. 64—66) praescribuntur haec: *ἐὰν δὲ ὁ τόπος ἀνακαθαρόμενος μαλακὸς εὐρίσκηται, προσστρώσει πύρρις ὅσοις ἂν χρειά ῃ.*

In solo ita praeparato tabulae non conduntur nisi subiectis propriis substructionibus quae v. 8 *ὑποβατῆρες* vocantur.

¹⁾ cf. p. 12.

²⁾ p. 12—14.

cumque βατήρ vulgo limen sit, ὑποβατήρας saxa quadrata fuisse puto ad limen perpetuum cui tabulae insisterent composita. inde autem quod ὑποβατήρες struebantur ἐν προσέργω (cf. v. 8) fortasse colligere licet eos sicuti opus § 12 descriptum adhibito poro conficiendos fuisse. cum enim tabularum materia, ut supra demonstravimus, a curatoribus suppeditata sit, non perspicitur quid ex poris a redemptore praebendis struendum fuerit nisi ὑποβατήρες.

Iam supra observavimus litteras tabulis erectis ac ferro plumboque inter se vinctis incisas esse. pretium enim pro litteris incidendis redemptori in antecessum solutum est, ubi demonstravit tabulas πάσας εἰργασμένας καὶ ὀρθὰς πάντη καὶ τέλος ἔχούσας κατὰ τὴν συγγραφὴν καὶ μεμολυβδοχοημένας (v. 50—52). qua ratione tabulae vinculis et plumbo conligandae fuerint, statim exponam, postquam pauca praefatus ero de coronis quibus tabulae exornabantur.

De forma coronarum (Θριγκῶν) nihil constat. ex verbis (v. 79 sq.) τὰς στήλας εἰργασμένας καὶ κειμένας καὶ μεμολυβδοχοημένας καὶ τοὺς θριγκοὺς τοὺς ἐπὶ ταύτας τιθεμένους δεδεμένους κατὰ κεφαλὴν (cf. v. 84) apparet coronas effecisse marginem perpetuum tabulis quae ad eandem seriem pertinebant sive conligatae erant imponendum (cf. fig. 6 in tab. adiuncta). redemptor coronas συμφωνούσας πρὸς ἀλλήλας δοκίμως reddere debebat (v. 85), inter se concinentes, id quod fortasse ad ornamenta in coronarum fronte sculpta referendum est. paragrapho decima tertia curatores paucis exponunt, quo modo tabulis veteribus undecim coronae imponendae fuerint (v. 67 sq.): ἐπιθήσει δὲ καὶ ἐπὶ τὰς στήλας τὰς ὑπαρχούσας θριγκοὺς ἕνδεκα, προεπικόψας τὰς στήλας, ἐπιλαβὼν ὅσον ἂν κελύωμεν πρὸς τὴν περιτένειαν τὴν δοθεῖσαν. tabulae igitur summae nondum ita sculptae atque complanatae erant, ut redemptor eis coronas superimponere posset. certa tantum superficiei pars fortasse in margine antico iam laevigata erat qua in sculpendis ceteris partibus documento uti debebat. haec enim pars plana, ἡ δοθεῖσα

περιτένεια, laevigando in tantum dilatanda fuit quantum curatores iuberent, reliqua quae restabant aspera (germ. Arbeitszoll) praecidenda fuerunt. dilatata *περιτενεία* et tabulis superne praecisis coronae imponendae erant.

At videamus quae sequuntur v. 70 sqq.: *ἐξελεῖ δὲ καὶ τὰ δέματα τὰ ὑπάρχοντα ἐν ταῖς στήλαις ὅσα ἂν ὑπερέχη καὶ κωλύη αὐτὸν ἐν τῇ ἐπικοπῇ καὶ τρήσας βαθύτερα καθαροῦσαι καὶ περιμολυβδοχοῆσαι δοκίμως.* vides tabulas vinculis immixtis inter se conligatas fuisse. redemptor enim vincula si quae prominerent et eum in praecidendo impedirent eximere et foraminibus altioribus factis denuo immittere debebat. itaque manifestum est *τὰ δέματα* in tabularum facie exteriori superne (*κατὰ κεφαλήν*) demissa fuisse (cf. tab. adiect. fig. 6, a a). quae *δέματα*, ubi coronae tabulis impositae erant, conspici nimirum nequibant. inde statuamus oportet *δέματα* ansarum simplicium fuisse forma. cumque *θριγκοί* bis dicantur (vv. 80 sq. et 84) *δεδεμένοι κατὰ κεφαλήν*, apertum est coronas quoque inter se conligatas fuisse ansis superne demissis (fig. 6, cc.). locum enim supra descriptum haec sequuntur v. 72 sq.: *ἐμβαλεῖ δὲ καὶ ἐς τοῦτους (sc. τοὺς θριγκοὺς) γόμφοις (καὶ) δέματα καὶ περιμολυβδοχοῆσαι.* praeter ansas coronis *γόμφοι* quoque immittendi erant quibus coronae cum tabulis subiectis conecterentur (fig. 6, bb). artifices enim Graeci complurium coriorum sive *δόμων* structuras vinculis ferreis et plumbo ita compingere solebant, ut binis lapidibus eiusdem corii ansas superne immitterent, deinde antequam ordinem superiorem ponerent in inferioris corii lapides singulos claves simplices ('ferrum planum' in leg. par. faciundo col. II v. 5) demitterent, in basibus autem lapidum eorum qui ad superiorem corium pertinerent foramina facerent clavibus illis aptata. vincula omnia, ubi lapides quos connectebant compositi erant, in facie exteriori non apparebant¹⁾.

¹⁾ cf. Conze, Hauser, Benndorf, *Untersuch. auf Samothrake* p. 39 fig. 12 et p. 41 fig. 15; Durm, *Handbuch d. Architektur* II 1 p. 57; Schöne Herm. IV. p. 39 annot. 1.

quae cum ita sint, coronas ansis (*δέμασι*) κατὰ κεφαλὴν i. e. in superficie insertis inter se conligatas cum tabulis subiectis, eadem ratione inter se vinctis, clavium (*γόμερων*) antea in tabulas demissarum ope coagmentatas fuisse puto.

II.

Operum quae in tituli Lebadensis parte posteriore describuntur explicatio.

Praescriptione (v. 89—92) quae et ipsa forma agnoscitur et a praeceptis sequentibus spatio sex fere litterarum vacuo intermisso separata est opera facienda breviter definita sunt: *καταστροφῶν ἐργασία καὶ σύνθεσις*. lapides igitur quibus compositis pavementum efficiatur quomodo et conficiendi et componendi sint in sequentibus describitur. ad lapidum *ἐργασίαν* spectant paragraphi 2, 3, 9, ad *σύνθεσιν* paragraphi 6, 10, 13, paragrapho 1 opera paulo accuratius quam iis quae praescripta sunt definiuntur, paragraphis 4 et 5 agitur de perficiendis quibusdam structuris veteribus quibus lapides novi coagmententur, denique paragraphis 7, 8, 11, 12 praecepta continentur pleraque ni fallor ex lege communi quae *ναοποιϊκὸς νόμος* appellatur¹⁾ translata quibus nonnulla redemptoris officia definiuntur.

Lapidibus tegetur cellae circuitus (*ἡ ἔξω περίσταςις τοῦ σηκοῦ*) i. e. ea stylobatae pars quae inter locum quo columnae constituuntur (fig. 1 ss) et cellae parietem (ll) interest. qui circuitus non totus lapidibus tegetur, immo locus quo lapides ponantur accuratius designatur v. 95 verbis: *τῶν εἰς τὴν μακρὰν πλευρὰν τοῦ τόπου τοῦ πρὸς μεσημβρίαν βλέποντος καταστροφῶν* i. e. in longo aedificii latere meridiano.

¹⁾ cf. ad § 5 quae disserui supra p. 36 sq.

In paragrapho prima alia quoque quibus lapides paulo accuratius definiuntur scripta sunt: eos faciendos esse adhibito lapide duro Lebadensi cuius quod sciam alibi non fit mentio ¹⁾, numero tredecim, iisdem dimensionibus quibus lapides antea positos et perfectos. tredecim enim (v. 133 sq.) *καταστροφῆρες* iam collocati sunt in longo aedificii latere meridiano quibus novi lapides tredecim adiungendi sunt. cum ex loco de quo agimus, tum ex paragrapho quarta apparet lapides veteres ad ordinem priorem propter cellae parietem (fig. 1, 2, 3, ll) exstructum pertinere (ib. kk) atque novos lapides (mm) veteribus ita esse adiungendos, ut alter ordo efficiatur. quamquam prioris ordinis lapides perfecti (*τέλος ἔχοντες*) dicuntur, tamen eorum frontes nondum ita praeparati sunt, ut novi *καταστροφῆρες* prioribus statim adaptari possint (cf. fig. 2 nn). infra enim paragrapho quarta curatores praecipiunt, quomodo lapides priore tempore positi in parte antica praecidendi sint, quae praecepta infra explicabimus. similiter inter cellae parietem et columnas quae intercedit stylobatae pars duobus lapidum ordinibus oblecta est et in aliis aedibus et in Parthenone. ex paragrapho secunda perspicimus materiam neque suppeditari neque advehi a redemptore, sed a curatoribus comprobata propter ipsum aedificium ei tradi ²⁾.

A verbis *πρωτων μὲν ἐργᾶται* -- *τὰς βάσεις* (v. 102) operis faciendi descriptio accurata incipit. si contuleris verba quae leguntur paragrapho tertia ineunte (v. 115) *ἐργᾶται δὲ καὶ τοὺς ἄρμούς*, videbis lapidum *βάσεις* et *ἄρμούς*, bases et latera quattuor, inter se opponi. primum igitur explicatur,

¹⁾ De lapicidinis Lebadensibus cf. H. Schliemann, Orchomenos (Leipzig 1881) p. 9sqq.: „Höchst merkwürdig sind die Marmorbrüche in und oberhalb Lebadeia, in welchen aller Marmor für die alten Bauten in Orchomenos, und wahrscheinlich auch für die in Chaeroneia und anderen Nachbarstädten gebrochen wurde. Unter dem zersetzenden Einfluss der Luft hat dieser Marmor eine weissliche Farbe, wenn man aber ein Stück davon abschlägt, so sieht man, dass der Bruch eine schwärzliche Farbe hat“.

²⁾ cf. p. 33.

quomodo lapidum bases (fig. 2, 3, cc dd ee) sint sculpendae. redemptor eas rectas (*ὀρθάς* v. 103) nec curvas nec rimosas (*ἀστραβεῖς, ἀρραγεῖς*) reddere et laevigationis perfectionem rubricae ope comprobare debet (*συμμίλλους*). quod quæ ratione factum esse videatur, paucis explicabo. lapicida regulam (*τὸν κανόνα*) rubricatam lapidi admovet, ut lapidis quae tanguntur partes omnes colore inficiantur. quo planior est lapidis superficies, eo maior eius inficitur pars, si prorsus complanata erit, tum demum tota colore inficietur, ita ut iuste *σύμμιλλος* dici possit.

Neque vero tota lapidis basis adhibito eodem instrumento¹⁾ perficienda est. solae eae partes quae substructionibus nullo spatio inani intermisso superimponendae sunt adhibito instrumento subtiliore laevigantur, reliqua crassiore. fundamentum enim non totum ex saxis quadratis per ordines accurate dispositis ut Parthenonis fundamentum exstructum erat. inter fundamentum cui cellae paries (fig. 1, 2, 3, 11) insistebat et columnarum substructiones (fig. 1 ss) structurae transversae, coniunctae exteriori et interiori fundamento, pectinatim dispositae erant (*κρατευταί* v. 105, fig. 1—5 aa). spatiis autem inanibus quadratis ita conformatis rudus (bb, *ὑπευθυντηρία* v. 105) ingestum erat. quibus substructionibus *καταστρωτήρες* quo melius possint firmari et accuratius alter alteri adaptari, ita imponendi sunt, ut binorum *καταστρωτήρων* compagine supra crateutas (aa, in linea C - - - D, fig. 2) iaceant. eam enim fundamenti structuram haud raro a Graecis adhibitam esse in commentario infra adiuncto exemplis firmabo (ad v. 105). manifestum autem est substructiones eo tempore quo praecepta de quibus agimus composita sunt perfectas fuisse. ergo et *τὰ ἐπιβαίοντα ἐπὶ τοὺς κρατευτάς*, basium partes quae supra structuras transversas sive crateutas (aa) iacebunt, scilicet margines dexter et sinister (fig. 2 cc cc), et *τὰ ἐπιβαίοντα ἐπὶ τὴν ὑπευθυντηρίαν μὴ*

¹⁾ de instrumentis omnibus disputaturus sum p. 67 sqq. (ad v. 104).

ἐλάττων ἢ ἐπὶ δύο πόδας ἐκ τοῦ προσιόντος ἄρμου quae supra rudus (bb) collocabuntur usque ad duorum pedum latitudinem inde a fronte, scilicet basis margo anticus (dd), eae partes omnes adhibito instrumento subtiliore, scalpro dentato, denso, acuto (ἀπὸ ξοῖδος χαρακτῆς, πυκνῆς, ἐπηκονημένης) laevigandae sunt, contra basium media (ee, τὰ μέσα συμψάοντα v. 107), quippe quae supra rudus collocanda et statim excavanda sint, adhibito scalpro dentato crasso (ἀπὸ ξοῖδος χαρακτῆς, τραχείας, v. 107) sculpuntur. veteres artifices lapides omnes quibus struebant et saxa quadrata et columnarum cylindros ita excavare solebant, ut margines editiores redderent et ad subtiliorem commissuram diligentissime laevigarent, media autem laterum compactilium vacua laxatione intermissa dirimerent. consentaneum est media, cum postea excidenda essent, ab initio minus diligenter sculpta esse. ad instrumenta autem commemorata quod attinet, lapicidas scalpris dentatis in fine demum operis usos esse puto quibus extremam laevigationis assequerentur perfectionem. ad lapidum bases dirigendas opifices regulas (κανόνας), lapidibus ut par est non minores, adhibere debent (cf. v. 107—110). distinguuntur in titulo lignae regulae usque ad viginti pedes longae, semipedem altae, sex digitos latae, a regulis lapideis haud dubie multo minoribus quibus usi opifices lapidum polituram comprobant.

V. 110—115 describitur quomodo ea basis pars quae supra rudus iacebit (fig. 2 ee, τὸ ἐπὶ τὴν ὑπερθυνηρίαν ἐπιβαῖνον) et minus diligenter laevigata est ita exsculpenda sit, ut lapidum basis et ruderatio in compactura digituli habeant laxationem (cf. fig. 3 ee, fig. 4, χάλασμα μὴ πλέον δακτυλίσκου v. 115). quae basis pars (ἢ ὑποτομή) quanta longitudine quantaque latitudine exsecanda esset, definitum erat laevigatione minus subtili (πλάτος καὶ βάθος τὸ δειχθέν). ergo opere perfecto margines tres (fig. 3 cc, cc, dd) prominebant, margo quartus una cum medio exsculptus erat, cum excisio inde a latere averso (gg, ἐκ τοῦ ἀπιόντος ἄρμου) porrecta esset.

Paragrapho tertia (v. 115—125) de lateribus agitur. sola latera abscedentia (οἱ ἄρμοι οἱ ἀπιόντες, v. 116), scilicet dextra (fig. 2, 3, ff) sinistra aversa (gg) sculpenda sunt, quoniam sinistrum cuiusque lapidis latus cum lapidis antecedentis latere dextro, omnium autem lapidum (mm) ordinis alterius latera aversa (gg) cum frontibus (nn) lapidum ad ordinem priorem pertinentium (kk) compingenda sunt. frontes autem lapidum mm tum demum sculpuntur, cum toto ordine posteriore collocato et firmato novae structurae eis adaptandae sunt, eadem ratione qua lapidum kk partes nn secundum praecepta quae paragraphum tertiam excipiunt. primum igitur lapicidae latera lapidum mm abscedentia omnia reddere debent plana, rubricae ope probata (συμμίλους), recta, nec curva nec rimosa, perpendicularia (καθέτους), quadrata ad normam (εὐγωνίους πρὸς τὸ πρὸς-αγωγεῖον), solida. tres autem margines (κύκλω τὰ τρία μέρη), scilicet dexter sinister superior (h, h, ii), usque ad latitudinem digitorum minimum novem laevigandi sunt adhibito scalpro levi acuto (ἀπὸ λειστρίου λείου, ἐπημονημένου) et laevigatio rubricae ope rite comprobanda est (μικρολογῶν δοκίμως v. 120). contra media laterum (f, g) sculpenda sunt adhibito scalpro dentato duro (ἀπὸ ξοῖδος τραχείας). margo quartus, cum lapidibus collocatis inferiores commissurae conspici nequirent, cur aut diligentius expoliretur aut omnino supra medium promineret, non erat causa. media enim exsculpenda esse curatores statim iubent verbis: καὶ ἀναθυρώσει τοὺς ἄρμούς (v. 121), i. e. foramina in mediis lateribus sive incisuras ianuis vel fenestris similia (fig. 3, f, g) ita excavabit, ut margines subtiliter laevigati (fig. 3, h, h, ii) promineant. lapides mm ita perfectos delineare conatus sum in tabula adiuncta fig. 3. quanta autem accuratio in laevigandis examinandisque lateribus adhibenda fuerit, vel optime inde cognoscas, quod lapicidae non solum regulis lapideis uti, sed etiam eas regulas curatorum arbitrato ad regulam quae omnium exemplar in sacro asservabatur recognoscere et corrigere debebant.

Paragrapho quarta (v. 125 — 145) curatores exponunt, quomodo lapides positi ac perfecti (kk, οἱ κείμενοι καὶ τέλος ἔχοντες v. 127) in parte antica (fig. 2, nn) sculpendi sint. antequam lapides praecidere possit, redemptor lineas secundum linum extensum ducere debet quas in sculpendo sequatur. primum igitur linum (τὴν λινέην) in lapidum superficie a sinistra parte recte extendet aequis intervallis a meridiano cellae pariete (ll) cui lapides adpositi sunt distans, et ultra cellae parietem in parte dextra super eos quoque lapides qui in prodomo collocati sunt (cf. fig. 1). deinde lineas ducet secundum linum extensum vel potius lini rubrica tincti ope in lapidibus omnibus (fig. 2, A --- B) et eis qui cellae parieti adpositi et eis qui in prodomo collocati sunt. cumque nimirum magni sit momenti, quomodo lineae secundum quas lapides praecidantur ductae sint, architectus redemptori lineas describenti adesse debet. deinde tanta lapidum pars quanta ultra lineam descriptam (A B) subsiciva est (fig. 2, oo, τὸ πρόσεργον v. 131) sculpendo adhibita dolabra (ἀπὸ κολαπτῆρος) praeciditur. ita redemptor tantam lapidum latitudinem efficit, quanta per lineam praesente architecto ductam definita est (πλάτος ποιῶν τὸ δοθέν v. 132). totam autem praecisionem rectam et mucronatam (ὀξυνώρια, v. 133) reddere debet. apertum enim est lapidum frontem multo accuratius dirigi potuisse, cum lapides collocati et inter se colligati simul omnes praeciderentur, quam si lapides antea circum circa sculpti collocati essent. curatores v. 138 sqq. praescribunt, ut lapidibus ἀπὸ κολαπτῆρος praecisis primum signa sculpantur per asperam lapidum superficiem in cuiusque lateris adversi margine dextro et sinistro (fig. 5, qq), i. e. in utraque compaginis parte (πρῶτον διαξέσας σημείας παρὰ το[ῖς ἀρμοῖς] | καὶ ἕκαστον τῶν λίθων v. 138 sq.) ad normam recte secundum lineam descriptam (AB), ita ut recti efficiantur anguli cum lapidum superficie. quibus signis quatenus margo perpetuus in suprema frontium parte (fig. 5 pp, cf. fig. 3) laevigandus sit, accurate definitur. versibus enim 133 sqq. curatores exponunt

lapidum XIII collocatorum omnium partem extremam (*τὴν ἄκρον*), scil. marginem frontis superiorem (fig. 5, pp), diligentius adhibito scalpro acuto levi laevigandam, et laevigationem ad regulam XX pedes longam comprobendam esse, unde marginem laevigatum perpetuum per omnes lapides sine intermissione porrigendum fuisse apparet. nam de lapidum superficie cogitare nequimus, quippe quae tum demum laevigari potuerit, cum alter lapidum ordo collocatus et ordini priori adiunctus esset. marginem frontis lapicidae rectum, non rimosum, prorsus planum (v. 137 sq.) reddere debent usque ad altitudinem digitorum minimum novem (*βάρδος μὴ ἔλατ[τον ἐννέα] | δακτύλους* v. 137 sq.), scilicet eandem latitudinem qua lapidum mm margines prominentes ii ii qui cum marginibus pp pp compingendi sunt (cf. fig. 3). eodem modo quo lapides propter cellae parietem positi ii quoque *καταστρωτῆρες* qui in prodomo collocati sunt secundum lineam praescriptam praeciduntur (v. 141 sq.). fortasse lapides quibus prodomi solum obtectum erat cum lapidibus kk in uno eodemque ordine perpetuo dispositi erant (cf. fig. 1). postremo (v. 142 sq.) partes adversae veterum lapidum kk eadem ratione qua novorum mm partes aversae ad regulam lapideam exsculpendae sunt, ut ianuarum referant formas. lapicida igitur margines dextros et sinistros (fig. 5, qq) novem digitos latos (sicut margines h, h, fig. 3) laevigare debet *ἀπὸ λειστρίου*, excurrentia sive aspera media (fig. 5 nn) excidit, ita ut uniuscuiusque lapidis margines tres (fig. 3, pp, q, q) promineant et cum lapidum mm marginibus ii, h, h compingi possint. utriusque ordinis lapides perfectos in tabula adiuncta fig. 3 adumbravi.

Sicut lapidum ad ordinem priorem spectantium (kk) frontes, ita substructiones retractandae sunt antequam alterius ordinis lapides (mm) collocentur. curatores igitur paragrapho quinta haec praecipiant (v. 145—150): ubi autem lapides (mm) collocare instituet, antea crateutas (fig. 3, aa) et ruderationem (bb) in superficie caedito, crateutas quidem adhibito scalpro

dentato denso acuto, rudus adhibito scalpro obtuso (ἀπὸ ξοῦδος ἀρτιστόμων) eadem ratione qua priores substructiones iam solo immissae et perfectae (ἀκολού]θως τοῖς κειμένοις καὶ τέλος ἔχουσι) tractatae sunt, et probato rite sculpta. crateutae igitur haud minore laevigantur diligentia quam lapidum mm margines cc (fig. 3) qui eis imponendi sunt; rudus (bb) quod laxatione intermissa (cf. fig. 4) a basium mediis (ee) seiungetur instrumento duro ut par est tractatur. substructionum perfectio, quippe quae lapidibus collocatis non iam examinari possit, sicuti lapidum bases et latera (v. 161 sq.) ac vincula (v. 170 sqq.) curatoribus sive architectis probanda est.

Sequuntur praecepta de collocandis lapidibus mm quorum ἐργασία praeter extremam polituram (infra v. 162 sqq. tractatam) perfecta est. redemptor qui in collocando praecepta accurate exsequi debet initium a parte dextra faciet, sicut curatores sive architectus ei demonstraverint. lapides autem ita ponentur, ut unusquisque novorum iaceat iuxta frontem lapidis ad ordinem priorem pertinentis (ἓνα ἀμφ' ἀρμόν v. 152) et in superficie accuratissime se applicet ad lapides positos et perfectos (κατὰ κεφαλὴν δὲ στοιχοῦντα τοῖς κειμένοις) | καὶ τέλος ἔχουσιν v. 153 sq.). necesse autem est cunei lignei inter lapides compingendos initio manu teneantur, quibus cuneis opifices cavent, ne lapidum margines subtiliter sculpti in ponendo praefringantur (ἐμβα[λῶν -]|ψος ἐπίσφιγγον v. 152 sq.). cf. fig. 3 ubi lineis circulo ductis indicavi, quo modo lapides mm collocandos fuisse putem.

Paragrapho septima curatores praecipiant, ut redemptor oleo puro et proba rubrica Sinopensi utatur quibus regulas ad examinandam lapidum laevigationem oblinat. ‚sin minus‘, inquiunt, ‚usus erit rubrica Sinopensi aut oleo puro, multabitur a curatoribus et a boeotarchis, neque ante ei ullus lapis (plumbo infuso) firmabitur, quam ostenderit curatoribus se rubricam Sinopensem probam et oleum purum adhibuisse.‘

Etiam ea quae paragrapho octava (v. 159—162) scripta sunt ad operis probationem pertinent. redemptor enim lapides

perfectos et collocatos, i. e. totius operis perfectionem (*τὴν ἐργασίαν καὶ σύνθεσιν*, cf. v. 91 sq.; 96 sq.) architecto ostendere debet, hyparchitecto autem omnium lapidum latera et bases sicuti substructiones quibus imponuntur (cf. v. 149) eodem tempore quo lapides perpoliando absolverit. quae praecepta ad operis probationem spectantia cum iis quae curatores de lapidibus perpoliendis dederunt (§ 9, v. 162—168) a tituli auctore parum apte inter se conexas atque commixtas sunt. ea autem ipsa quae ad lapidum polituram spectant adeo sunt obscura, ut certam de iis sententiam hoc loco pronuntiare non audeam. infra in commentario rem difficillimam expedire conabor¹⁾.

Lapidum commissuris natri ope purgatis et aqua pura elutis redemptori lapides vinculis et plumbo firmare licet (§ 10, v. 168—170). quo modo autem vincula plana et ansas et securiculas lapidibus immittat, quo pondere ea faciat, quomodo plumbum infundat, ea omnia redemptor ipse curatoribus probare debet neque ullam rem non probatam vincere ei licet: ,si quid vixerit, id iterum tollito et denuo struito²⁾. quibus verbis curatores eadem praecepta quae in tituli parte priore scripta erant (§§ 4 et 5, v. 16—24), ex lege communi²⁾ translata subiunxerunt (v. 174—182).

Denique ultima tituli paragrapho haec addita sunt (v. 182 sqq.): ,ubi autem collocaverit lapides omnes (mm), caedito eorum superficiem eadem ratione qua priores *κατασφραγῆρες* (kk) caesi sunt, et laevigato ad regulam longam rubrica infectam rite scälpro dentato, cum lapides omnes circum circa dolaverit et ad libellam eorum superficiem direxerit et exegerit inde a lapidum veterum parte quae praesto est iam complanata et laevigata, cubis factis ex ligno arido oleastri, et ubi probaverit omnia recta, laevigata²⁾, -- quae restabant ea in tabula insequente incisa erant quae tabula periit.

¹⁾ cf. p. 81 sq.

²⁾ cf. quae disputavimus supra p. 36 sq.

III.

Annotationes variae.

V. 6—7: τὰς μὲν στήλας καὶ τοὺς θριγκοὺς. constat inter omnes θριγκοὺς coronas esse quae saeptis sive parietibus imponebantur. itaque in titulo Troezenio, edito a Foucart ad Le Bas 157a, legitur v. 39: τοίχων λιθίνων ἀποθριγκώσιος; cf. legis parieti faciundo CIL. I 577 locum col. II v. 16: *parieti - - marginem perpetuom inponito*. mirum igitur non est, quod veteres θριγκός vocabulum non nunquam adhibebant, quo saepta ipsa significarent; cf. schol. ad Aristoph. Thesmoph. v. 58: θριγκοῖς τοῖς φραγμαῖς τῶν οἴκων. recte igitur Schömannus (opusc. acad. IV p. 95) Ionis Euripidei loco v. 1320 sq.: τρίποδα γὰρ χρηστήριον | λιποῦσα θριγκοῦ τοῦδ' ὑπερβάλλω ποδί intellexit saeptum proximam templi aream cingens, erravit L. Enthoven (de Ione fabula Euripidea p. 46) qui de eodem loco sententiam pronuntiavit: vox θριγκός, nobis et ipsa de limine templi adcipi posse videtur quem vocabuli usum vellem exemplis comprobasset.

V. 8: τοὺς ὑποβατηῆρας ἐν προςέργῳ ποιήσει. βατήρ vocabulum interpretatus est Iulius Pollux in onomastico II 200 his verbis: ὁ οὐδὸς ἐφ' οὗ βαίνομεν, ὡς Ἀμειβίας „ἐπ' αὐτὸν ἦκει τὸν βατήρα τῆς θύρας“. cf. lex. rhet. ap. Bekkerum, Anecd. Gr. p. 224 v. 15. itaque *ὑποβατηῆρες nihil aliud nisi tabularum substructiones esse possunt. cf. vocabula ὑποβάθρα (κηπίς, θεμέλιος Hesychius), ὑπόβασις (CIG. 3884: κατασκευῆς καὶ ἀναστάσεως τῶν τε ἀνδριάντων καὶ τῶν ὑποβάσεων), ὑπενθνητηρία (cf. L v. 105).

V. 11: τῆς ἐγκολάψεως καὶ [τῆς] ἐγκαύσεως. *ἐγκολάψεως vocabulum hic primum obvium est. contra ἐγκολάπτειν verbum de litteris incidendis saepe adhibetur, rarius κολάπτειν omissa praepositione (in titulis Siculis CIG. 5475 v. 23 sq.: τὸ δόγμα τόδε κολαφθὲν εἰς στάλαν et ib. 5491 v. 22) et ἐπικολάπτειν (in titulo Cario CIG. 2905 D v. 4 sqq.: ὄρον

ἐπὶ πέτρας ἐπεκολάψαμεν). litteras incisas delere est γράμματα ἐκκολάπτειν (CIG. 4224 d in Add. vol. III v. 8: οὔτε προσεγγράψαι ἢ ἐκκολάψαι τῆς ἐπιγραφῆς exempli gratia adnoto; cf. Thucyd. I 132: τὸ μὲν οὖν ἐλεγείον [τὸ ἐπὶ τὸν τρίποδα τὸν ἐν Δελφοῖς ἐπιγεγραμμένον] οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλασαν). litterae tituli minio inducendae erant. ἔγκανσις enim vox significat illum ceris pingendi ac picturam inurendi veterum usum (cf. Donner apud Helbig, Wandgemälde der Campan. Städte p. X—XXX). legitur autem CIG. 2297, 4958, 6351. constat Graecos ab antiquissimis inde temporibus litteras lapidi incisas rubrica tinxisse. cf. CIA. I 93, 343, 353, 399, ubi inscriptiones rubrica vel minio inductae commemorantur, et Aem. Huebner, Ueber mech. Copieen v. Inschr. p. 22 sq.: ‚das Färben der Inschriftenschrift‘.

V. 52: *μεμολυβδοχοημένας*. in titulo *περιμολυβδοχοεῖν* bis, vv. 72 et 74, legitur, in participio ni fallor propter commoditatem pronuntiandi praepositio omitti solet, cf. vv. 52, 79, 84. v. 179 extr. [μο]λυβδοχοήσει recte suppletum esse videtur. substantivum **μολυβδοχοῖτα* semel, v. 171, usurpatum est. formam *μολυβδοχοεῖν* pro *μόλυβδον χέειν* (cf. CIA. II 250 v. 10: *χέασθαι δὲ καὶ [μ]όλυ[βδον]* inter scriptores primus Aristophanes quod sciam praestat. conferenda est inscriptio Rhodia musei Britannici a Newtonio edita *Transact. of the R. Soc. vol. XI n. ser. III p. 2*, ubi legitur v. 9 sqq: *καὶ τὰς κτοίνας ἀναγράψαι καὶ ἐγκολάψαι ἐν τῇ στάλα καὶ στᾶσαι ἐν τῷ ἱερῷ τᾶς Ἀθανᾶς καὶ περιβολιβῶσαι ὡς ἔχη ὡς ἰσχυρότατα καὶ κάλλιστα κτέ.* de forma *περιβολιβῶσαι* cf. quae adnotat Newtonius l. l. p. 7.

V. 64 sqq.: *ἐὰν δὲ ὁ τόπος ἀνακαθαιρόμενος μαλακὸς εὐρίσκηται, προσστρώσει πάροις ὄσοις ἂν χρεῖα ἦ.* conferendus est locus tituli Lesbii a Cyriaco servati quem G. Kaibel edidit *Ephem. epigr. vol. II p. 5 tit. XVI* (cf. ib. p. 14 sqq. et Bücheler in *Jen. Lit. Ztg.* 1874 p. 374), v. 4 sqq.: *ἐὰν δέ τι μαλακὸν ἦ τοῦ | [τ]όπου προσθεμελιουμένου, ἀνακαθαρεῖ [-] τῷ πῶ[ρω]ι, παρέχων [α]ὐτόσ αὐτῷ τὸν πῶρον,*

ubi δ τόπος προσθεμιλούμενος locus prope aedis fundamentum est qui solidandus erat pori frustulis ingestis, ut solum quod Parthenonis substructionibus circumiectum est terra poro mixta. verbum ἀνακαθαίρειν etiam in principio tituli Lesbii legitur v. 1: *πήχεις δύο ἀνακαθαίρων τὸ προς[θ]εμιλούμενον*, i. e. effodiens solum quod fundamento adpositum est. cf. Diodorum Sic. XIII 56, 4 dicentem *ἀνακαθήρας δὲ τὸν πεσόντα τόπον τοῦ τείχους*, i. e. purgatis ruderibus eo loco quo murus corruit. itaque verba *ἀνακαθαρεῖ τῷ πάρω* coniungi manifesto nequeunt, neque dubito quin lacuna inter *ἀνακαθαρεῖ* et *τῷ πάρω* statuenda sit quae expleri potest ex. gr. verbis *καὶ στρώσει* vel *προσστρώσει*. de verbo **προσστρωννῖναι* cf. ad v. 91. Lesbio quoque redemptori ut Lebadensi poros lapides suppeditandos fuisse memorandum est. *μαλακός* adiectivum in utraque inscriptione adhibetur, quo significetur locus non satis solidus cui structurae insistere possint. Euripides verbis Hippolyti fabulae v. 1226 sq.: *τὰ μαλθακὰ γαίας* non tam planitiem significavit quam terram mollem quae saxis (*εἰ δ' ἐς πέτρας φέροντο* v. 1230) opposita esset.

V. 68: *προεπικόψας τὰς στήλας*. verbum **προεπικόπτειν* bis in inscriptione legitur, cum Cumanudes v. 145 extr. id recte restituerit. *ἐπικόπτειν*, vv. 149 sq. et 183 adhibitum, significat aliquid in summo praecidere: cf. Theophr. caus. plant. V, 17, 3: *περὶ δὲ τῆς ἐπικοπῆς* (arborum) *ἐν ὀλίγοις ἢ σκέψις. καλοῦσι δ' ἐπικοπήν, ὅταν - - ἐπικόψη τις τὸ ἄκρον. ἐπικοπή* vox usurpata est a nostri tituli auctore v. 71. in inscriptione Lesbia ab Alex. Conze, Reise auf Lesbos tab. VI edita restituerim 2a v. 17 + 2b v. 6 (totius inscr. v. 22) *εἰς τὰς ἐπ[ικ]οπὰς τοῦ - -*: nam *ἐπ[ι] τὰς*] *ὄπας* quod Conze proposuit ni fallor spatio non convenit.

V. 68 sq.: *ἐπιλαβὼν ὅσον ἂν κελεύωμεν πρὸς τὴν περιτένειαν τὴν δοθεῖσαν. περιτένεια* vox eodem sensu tam proprio quam novo usurpatur v. 186: *διαβητιζόμενος κατὰ κεφαλὴν ἀπὸ τῆς ὑ[παρχού]σης περιτενείας τῶν κατα-*

στρωτήρων, unde perspicimus lapides quibus aedis stereobates tectus erat (*καταστρωτήρας*) libellae ope examinandos et complanandos fuisse ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης περιτενείας τῶν καταστρωτήρων i. e. inde a certa pavimenti parte iam complanata qua indicabatur, quo modo tota lapidum superficies esset laeviganda. singulorum lapidum superficies hodie quoque ita complanari solet, ut primum margines laevigentur, marginibus laevigatis reliqua lapidis superficies quasi circumtendatur, unde margines laevigatos *περιτένειαν* vocatos esse puto. cumque marginum planorum ope tota lapidis superficies plana redderetur, quadratarii veteres *περιτένειαν* vocabant etiam eam partem laevigatam sive alicuius lapidis sive structurae qua ad laevigandas ceteras partes initio et quasi documento uterentur („Lehre“ nostris architectis audit). constat autem artifices Graecos non conligasse lapides omni ex parte perfectos et in exteriori facie laevigatos, sed structuras tum demum perpoliando absolvisse, cum totum aedificium exstructum esset (cf. R. Schöne in *Hermae* vol. IV p. 39). quae res nimirum fieri nequibat nisi politura certis locis indicata. quem veterum usum cognoscas et ex Hecatompedi qui dicitur reliquiis (cf. Michaelis, *Parthenon* p. 119 ad tab. II 2) et ex Propylaeorum rudibus, quod utrumque aedificium nunquam ad extremam perfectionem adductum est. iam spero te intelligere, cur dicantur lapides pavimenti adhibita libella complanandi esse ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης περιτενείας. eadem ratione τὴν περιτένειαν τὴν δοθεῖσαν (v. 69) supra explicavi p. 46 sq.

V. 70: τὰ δέματα τὰ ὑπάρχοντα ἐν ταῖς στήλαις. de vinculis supra copiose disputavimus p. 47 sq. δέματα ea sunt vincula quae nos „Klammern“ vocamus (fig. 6, a, c), quae significatio etymo bene convenit; γόμφοι quae „Dübel, Zapfen“ appellamus (ib. b). δεῖν verbum quo huiusmodi vincendi ratio significetur et ab inscriptionis auctore (vv. 80—81, 84) et a scriptoribus (cf. Herodoti et Thucydidis locos quos infra afferam) haud raro adhibetur. pro δέμα Attici voce quae est δεσμός utuntur: cf. CIA. I 319 § 4: μόλυβδος τοῖς

δεσμοῖς τῶν λίθων τοῦ βάρθρον (CIA. II 167 v. 50 ἐνδέσμους ἐνβαλάν). vocabulum γόμφος raro occurrit in titulis (CIG. 1838 in tit. Corcyraeo v. 11 enumeratur pretium γόμφων χα[λκῶν] Γλαύκωρ μυαῖ δεκαπέντε). saepius leguntur verba a γόμφος derivata: γομποῦν CIA. II 167 v. 57, συργομποῦν ib. v. 77, ἐπιγομποῦν et προςγομποῦν in rationibus quae ad aedem Minervae Poliadis spectant (Michaelis in app. ad librum Iahnii, Pausaniae arc. Ath. descr. ed. II tit. 16 (CIA. I 282) v. 1, et 17 a (Ἀθην. v. VII p. 482) col. a v. 43, b vv. 19, 25, 34, 47). una cum γόμφους et δέμασι enumerantur infra v. 171 πελεκῖνοι, securiculae (Schwalbenschwänze, cf. Blümner. Terminol. et Technol. II, p. 306), quibus vinculis qua ratione lapides coagmentandi fuerint ad v. 171 exponam. vincula lapidibus inmittere fere semper dicitur δέματα s. γόμφους ἐμβάλλειν: cf. v. 72, CIA. II 167 v. 50, CIG. 1838 b. v. 13, substantivum ἐμβολή (τῶν γόμφων) reperitur v. 170. καθαρμόζειν eodem sensu adhibitum v. 72 legitur.

Constat Graecos inde ab antiquissimis temporibus usque ad saec. a. Chr. n. sextum nullo usos esse vinculo quo murorum lapides conligarent. ferrum et plumbum Babylonii iam satis antiquo tempore ad iungenda saxa adhibuisse videntur. Herodotus enim narrat (I, 186) Babylone a Nitocri regina (extremo saeculo a. Chr. n. VII) pontem ex lapidibus ferro et plumbo vinctis fuisse exstructum (τοῖσι λίθοισι, τοὺς ᾠρέξατο, οἰκοδόμει γέφυραν, δέουσα τοὺς λίθους σιδήρω τε καὶ μολύβδῳ). qui usus ab Asiae nationibus ad Graecos pervenisse videtur. ineunte enim saeculo V Athenienses murum quo Piraeum munirent exstruentes hoc iuncturae genus adhibebant; cf. Thuc. I 93: ᾠκοδόμησαν -- τὸ πάχος τοῦ τείχους --, ἐντὸς δὲ οὔτε χάλιξ οὔτε πηλὸς ἦν, ἀλλὰ ξυνηκοδομημένοι μεγάλοι λίθοι καὶ ἐν τομῇ ἐγγώνιοι, σιδήρω πρὸς ἀλλήλους τὰ ἔξωθεν καὶ μολύβδῳ δεδεμένοι. quibus testimoniis comprobatur vincula ferrea ad structuram firmandas multo magis quam aenea adhibita esse: quamquam I. Durm minus recte contendit Graecos aere (‘Bronce’) quo lapides inter se conligarent nun-

quam usos esse (Handb. d. Architectur part. II vol. 1 (1880) p. 43). Olympiae enim vincula aenea satis multa nuper inventa sunt.

V. 91: καταστρωτήρων (cf. vv. 95, 110, 116, 143, 150, 183, 187). στρωννύναι vel καταστρωννύναι τι λίθοις significat aliquid lapidibus sternere: cf. Plut. Caesar c. 47: ἐν γὰρ ἱερῷ Νίκης ἀνδριάς εἰστήκει Καίσαρος, καὶ το περὶ αὐτῶ χωρίον αὐτό τε στερεὸν φύσει καὶ λίθῳ σκληρῷ κατεστρωμένον ἦν ἄνωθεν, Geop. Gr. VI, 2, 10: ἔδαφος πλίνθοις καταστρωτέον. adde exempla ex inscriptionibus enotata haec: CIA. III add. 68e: τὸ ἔδαφος τοῦ προκυλαίου στρώσας ἀνέθηνεν (cf. 68f), CIG. 3148 in inscr. Smyrnaea Hadriano imp. composita vv. 5, 11: στρώσειν τὴν βασιλικήν, CIG. 2388 in epigrammate Pario saeculi III. sive II. a. Chr. n. (Kaibel 818) v. 7: οἱ δ' αὐτοὶ δάπεδον πνικνοῖς στο[ρ]έ[σ]ανθ' [ο]ῦ[δ]οῖσιν; cf. CIG. 4521: ὁδὸν κτίσας ἄστ[ρωτον οὔσαν]. in nostro titulo legitur v. 65: προςστρώσει πύροις. — stratum viarum vocant Graeci τὴν τῶν ὁδῶν στρώσιν: cf. CIG. 5578 ex thermis Himeraeorum: κ[α]ὶ [τὰν | σ]τρώσιν τὰς πλατείας τὰν ὑπὸ τοῦ λίθου τοῦ θηγανεῖτα --- ἐκ τοῦ ἰδίου κτλ. et ubi de fundamento saxi tecto verba fiunt, CIG. 4646, Le Bas-Waddington, Asie min. 1923: T. [Γέ-?] μιν[ο]ς ἐκ τῶν ἰδίων τὰς β' παραστάδας σὺν στρώσει καὶ κρηπίδι εὐσεβῶν ἀνέθηνεν. Franzius apographo usus minus accurato edidit στρώμασι quod vocabulum eodem sensu adhibitum supplevit Foucart in titulo Troezenio ad Le Bas 157a v. 52: ἐργῶναις τομᾶς τοῦ στρώματος, 'aux entrepreneurs pour la taille du dallage'. sed vocabula στρώμα et κατάστρωμα etiam aedificii tectum significare ex lex. rhet. apud Bekkerum, Anecd. Gr. p. 269 perspicimus loco: καλαμίδας -- τοὺς θηλικοὺς καλάμους τοὺς πρὸς σύνδεσμον τῶν πλινθίνων καταστρωμάτων τῆς οἰκοδομίας. itaque de tecto intellegemus verba tituli Ephesii Le Bas-Wadd. 141 v. 5: σὺν τῷ κ[όσμη] καὶ τ[ῷ] καταστρώματι. etiam in titulo Deliaco CIG. 2266 v. 24: [ἐς] τὸ στρώμα τοῦ νεῶ τοῦ Ἀπόλλωνος utrum de tecto an de pavimento verba fiant, nescio. — vox στρωτήρ semper

quod sciam tecti partem significat: cf. Bekkerum, Anecd. Gr. p. 302: *στρωτήρες εἰσιν τὰ μικρὰ δοκίδια εἰς ὄροφας πεποιημένα*. cuius vocabuli exempla omnia quae reperiuntur attulit C. O. Müllerus, de munimentis Athenarum p. 54 sqq., quibus addas epigramma Syriacum Le Bas-Waddington 2244 (Kaibel 1058): *στρωτήρας τοῦδε δόμον τεκμήρατο Ἄδδος Ταρούδου*. — *καταστρωτήρες, de quibus nunc demum comperimus, in nostra inscriptione sine dubio pavimenti lapides sunt. — denique subiungo adiectivum *λιθόστρωτος*, lapidibus stratus, et substantivum inde derivatum *τὸ λιθόστρωτον*, pavimentum lapidibus tectum (Plin. XXXVI 184, 189), quod legitur in inscriptione Cypria CIG. 2643: *ἀπὸ τοῦ Ἡραίου ἕως τοῦ λιθόστρω[ώ]του* (traditur *λιθοστράτου*) *τὰ δένδρα Αἴσιμος ἐφόντευσε κτέ.*

V. 90: *περίσταςις* (cf. v. 93 sq.) quid sit, discimus ex Polybii loco VI 31, 1 (cf. 7; 14; 41, 2; Athen. V p. 205 B) qui in describendis castris hoc vocabulo utitur quo significet aream quae tentorium circumdat. confer inscriptionis Sici-liensis CIG. 5594 locum v. 7 sqq.: *(τὸ χωρίον) - - - τὸ ὑπὸ τὸν ὀχετὸν ἄχρι ποτὶ τὰν κράναν | - - - οὐκ ἐργαξέεται καὶ περιστάσιν ἀφησεῖτα[ι] | πό[δας] ο παντᾶ* et v. 70 sq.: *περίσταςις τῆ ἐλαιοκομίῃ, εἴ τίς ἐστι, ἱερὰ ἔπεται*, cuius tituli in commentario Franzius vocabulum illud interpretatus est: *spatium vacuum circumcirca*. ἡ *περίσταςις τοῦ σηκοῦ* de certo loco saepto intellegenda esse videtur, ut in titulo Attico CIA. II 628 v. 26 sqq.: *τὴν κατασκευὴν τοῦ τεμένους ἐποίησατο καὶ τὸν ἀνειρημένον ὑπὸ τῆς περιστάσεως βωμὸν αὐτὸς πάλιν καθιδρύσατο*, ubi ἡ *περίσταςις* ab area quae aedem circumdat (*τέμενος*) aperte distinguitur. — *σηκόν* autem satis constat templi cellam vocari (cf. Iul. Pollux I 6) quam *περίσταςις* columnis saepta circumdat.

V. 91: ἡ *μακρὰ πλευρά* (cf. v. 94, 99) non cellae paries meridianus est, sed aedificii totius latus longum. titulus Lesbius a Cyriaco servatus (Ephem. epigr. II p. 5 tit. XVI) quo de fundamento templi reficiendo agitur incipit a verbis: *κατὰ τὸ μακρὸν πλευρὸν τὸ πρὸς βορρᾶν*, in longo latere septentrionali.

V. 98: ἀκόλουθοι τοῖς κειμένοις καὶ τέλος [ἐ]-
 χουσιν. κείμενα καὶ τέλος ἔχοντα in titulo opera suis locis
 collocata et perfecta appellari solent: cf. vv. 51 sq., 79, 83
 sq., 127: τῶν κειμένων καὶ τέλος ἔχόντων, πρὸς οὓς μ[έλλει]
 τιθέναι, 143, 149, 184. ita in titulo Lesbio l. c. τὸ νῦν
 κείμενον θεμέλιον fundamentum vetus est novis iam substru-
 ctionibus fulciendum. — primum enuntiatum satis inepte
 conformatum est. tituli enim auctor non solum ἀκόλουθοι
 τοῖς κειμένοις ita scripsit, quasi non antecederent verba
 μέτρα δὲ τούτων ἔσται, sed nomen καταστρωτῆρες praegressum
 esset, verum etiam verba μέτρα δὲ τούτων ἔσται κτλ. quasi
 parenthesin enuntiato inchoato tam incommode subiunxit,
 ut praetermisso verbo finito subiectum verbis παραλαβὼν δὲ
 ὁ ἐργῶνης repetere cogeretur. sed noli oblivisci praecepta
 esse conscripta non a summo philosopho nec rhetore diserto
 nec grammatico summis rationibus artis exercitato, sed ab
 architecto'.

V. 100 sqq.: παρὰ τὸν ναόν. praepositionis παρὰ cum
 accusativo coniunctae exempla ex titulis Boeoticis collegit
 Boeckhiius CIG. I p. 728 (cap. I § 18). — quod intersit inter
 τὰ μέτρα ἔχοντας et ἐκποιοῦντας πρὸς τὰ μεγέθη τὰ
 γεγραμμένα, sufficientes secundum praescriptas mensuras,
 discrimen nescio. ἐκποιεῖν verbum quod aliis est perficere
 (cf. CIA. I 282 v. 13; 322 col. II v. 27, 51, 90; Parium tit.
 apud Kirchhoff, Griech. Alphab. ed. 3 p. 69 v. 5), hoc loco
 significat ‚sufficere‘ quo sensu ἐκποιεῖ impersonaliter adhiberi
 solet (cf. Iul. Pollux IX 154).

V. 102 sq.: πρῶτον μὲν ἐργᾶται τῶν λίθων πάντων
 τὰς βάσεις. cf. v. 115 sq.: ἐργᾶται δὲ καὶ τοὺς ἄρμους
 πάντας et v. 161 sqq.: τῶν λίθων πάντων τοὺς ἄρμους καὶ
 τὰς βάσεις, ἅμα τριμματολογῶν τὰς μὲν βάσεις ἐκ χλόης ---,
 τοὺς δὲ ἄρμους ἐξ ἑλαίου. Boeckhiius CIG. I p. 283 (ad tit. 160)
 ἄρμους foramina compacturae lapidum inservientia vocari
 putabat. Od. Müllero, de munim. Athen. p. 46 (38), vide-
 bantur ἄρμοί margines esse saxorum quadratorum propter

subtiliorem commissuram laevigati de quibus marginibus diximus supra p. 51. basi autem lapidis quid ita opponi possit ut in nostro titulo fit non video nisi latera. quae vocabuli *ἀρμός* interpretatio (germ. ‚Stossfuge‘) et simplicissima est et ad verbi *ἀρμόζειν* significationem optime quadrat. accedit quod si *ἀρμούς* lapidis latera vocata esse statuamus, haud difficile intellegemus, cur in titulo Attico qui ad aedem Minervae Poliadis spectat (Michaelis in app. ad Iahnii edit. Paus. arc. Ath. descr. tit. 19, CIA. 322) saepe praescribatur, ne lapidum quadratorum perficiantur *ὁ ἀρμός ὁ ἔτερος* (latus sinistrum sive dextrum) *καὶ οἱ ὀπισθεν ἀρμοί* (lapidum terga). terga enim eorum lapidum ad cellae parietem pertinentium quos hodierni cursores (‚Läufer‘) vocant omnino non laevigabantur (cf. Durm, Handb. d. Architectur II, 1 p. 57), latus sinistrum dextrumve tum demum perfici solebat, cum lapides compingerentur (cf. Schöne in Herm. vol. IV p. 39—42). ut in titulo Attico *οἱ ὀπισθεν ἀρμοί* et *ὁ ἀρμός ὁ ἔτερος* eximuntur et a fronte alteroque latere distinguuntur, ita inter se opponuntur in inscriptione Lebadensi *οἱ ἀπιόντες ἀρμοί* (v. 112, 116, 144), ‚latera abscedentia‘ (Vitruv. I, 2, 2; VI, 1, 11; p. 12, 2; 158, 27 ed. Rose, i. e. germ. ‚Rückseiten‘), et *οἱ προσιόντες ἀρμοί* (v. 106), lapidum partes adversae. *ὁ ἀπιῶν ἀρμός* (v. 112) idem atque *ὁ ὀπισθεν ἀρμός* tergum lapidis appellari videtur, contra *ὁ προσιῶν ἀρμός* lapidis frons. praeter singulorum lapidum latera binorum quoque commissuras *ἀρμούς* vocatas esse constat (cf. vv. 138, 169; Soph. Antig. v. 1216: *ἀρμόν χάματος λιθοσπαδῆ*).

V. 103: *ἀστραβεῖς, ἀρραγεῖς, συμμίλτους*. cf. Plut. mor. p. 780: *κανὼν ἀστραβῆς καὶ ἀδιάστροφος*, regula nec curva nec torta, et Theophrastum in hist. pl. V 1, 11 dicentem: *ἅπανα δ’ ἔλλη -- ὀρθότερα καὶ ἀστραβεστέρα* et ib. V 3, 7: -- *τῶν ἐλαίνων ῥιζῶν, ἀρραγεῖς γὰρ αὐται*. **σύμιλτος*, quod adiectivum ex *σύν* praepositione et voce *μίλτος* compositum quantum scio alibi non legitur, ea dici potest res quae aut simul cum alia rubricata est aut tota colore infecta (cf.

vocabula similiter conformata: *συνάριθμος, σύμμορφος, σύγγονος, σύγγαμος, σύγχρονος, σύμμετρος, σύμφωνος, σύνδενδρος* (totus silvis vestitus), alia multa). consentaneum est vocabuli *σύμμилτος* significationem ex veterum lapicidarum rubricae usu explicandam esse. constat opifices veteres eadem ratione qua hodiernos rubrica lineas duxisse, praecipue lino rubrica tincto usos esse quo tigna et structuratas, regula longiores, signarent rectis lineis quas in secando vel sculpendo sequerentur (cf. Blümner, Technol. et Terminol. II p. 232, Anthol. Pal. VI 103 v. 4: *πρίονα μιλτεῖν στάγματι πειθόμενον*, denique nostrae inscr. locum qui legitur v. 128 sq.: *ἐπτεῖνας τὴν λινέην — καὶ γραμμὰς καταγραψάμενος*). sed ad huiusmodi linearum directionem cave ne *σύμμилτος* vocabulum referas. versu enim 137 praescribitur, ut redemptor omnia *ὄρθὰ ἀρραγῆ σύμμилτα* reddat, cum lineae iam antea descriptae sint. accedit quod *σύμμилτος* nisi cum adiectivis *ὄρθος ἀρραγῆς ἀστραβῆς* coniunctum (vv. 117, 137, 188) non reperitur. unde colligere licet lapidem dici *σύμμилτον*, cum rubricae ope eum prorsus complanatum esse comprobatum sit. de rubrica qua uti debeat redemptor agitur v. 154 sqq.: *καὶ ἐλαίῳ δὲ καθαρῷ πρὸς πάν[τας τοὺς κα]νόνας χρήσεται καὶ μίλτω Σινωπίδι*. itaque regulas et oleo puro et rubrica oblitatas esse manifestum est. (cf. Anthol. Pal. VI 205 v. 4: *μίλτω φυρόμενοι κανόνες*, regulae rubrica inductae). accedit quod verbum **μιλτολογεῖν* in titulo nostro cum verbis *πρὸς κανόνα ἀπὸ λειστρίου* sive *τῷ κανόνι ἀπὸ ξοῖδος*, i. e. ad regulam adhibito scalpro, coniungi solet (cf. vv. 118—120, 122—123, 133—136, 184—185). significare autem potest verbum *μιλτολογεῖν* et rubricam colligere (*μίλτον λέγειν*) et rubricae ope alicuius rei rationem ducere¹⁾. cum *μιλτολογεῖν* in titulo transitivam habeat vim, prior verbi explicatio (*μίλτον λέγειν*) abicienda est. quod

¹⁾ Herodotus I 47 *ἡμερολογέοντας τὸν λοιπὸν χρόνον* eos appellat qui dierum ope tempus reliquum computant; ita *ἐτυμο-λόγος* (-λογέω) is est qui etymi ope vocabuli alicuius significationem explicat, ex. gr. *τὸν οἶνον* (Athen. II p. 35 B), *ἀστρολόγος* et is est qui stellas colligit sive numerat et is qui stellarum ope aliquid ratiocinatur sive indagat.

si ponimus verba *μυλολογεῖν* et *σύμιλλτος* ad eandem pertinere rem, statuamus necesse est lapicidam adhibita rubrica ratiocinari (*μυλολογεῖν*), quanta lapidis pars *σύμιλλτος* sit, postremo confirmare latus totum *σύμιλλον* esse. quam rem fieri vidimus ad regulam rubrica Sinopensi oblitam sive tinctam. quibus rebus conlatis omnibus, haec perspicitur ratio paucis iam supra exposita qua non solum antiquitatis sed etiam nostrae aetatis lapicidae lapidis polituram examinare et comprobare solent. regulam rubricatam admovent ad lapidis latus id quod complanandum est, ut lateris partes quae tanguntur omnes colore inficiantur. quo planior erit lapidis superficies, eo maiores eius inficientur partes, si prorsus complanata erit, tota colore inficietur, ita ut iuste *σύμιλλτος* dici possit. itaque rubricae ope lapicida ratiocinatur (*μυλολογεῖ*), quanta lapidis pars plana sit, denique comprobatur lapidis perfectionem. operarii autem dictiones *μυλολογεῖν ἀπὸ ξοῖδος πρὸς κανόνα* ita usurpare solebant, quasi *μυλολογεῖν* significaret: exigere ad regulam et adhibito scalpro sculpere sive laevigare.

V. 104: *ἀπὸ ξοῖδος χαρακτῆς, πυκνῆς, ἐπηκονημένης* et v. 107: *ἀπὸ ξοῖδος τραχείας*. ad lapides laevigandos opifices duobus uti iubentur instrumentis, ita nimirum, ut eos primum instrumentis durioribus planos reddant, postremo instrumentis proprie designatis singulas partes laevigent. atque in inscriptione commemorantur haec ferra-
menta et reliqua arma quadrataris Lebadiensibus adhibenda:

I. ferra-
menta.

1) *ξοῖδες*, scalpra.

a. *ξοῖς χαρακτῆ*, scalprum dentatum (*Zahneisen*, fig. 11), cf. v. 184: *μυλολογησάτω ἀπὸ ξοῖδος χαρακτῆς*. aliis locis distinguuntur:

α. *ξοῖς χαρακτῆ πυκνῆ ἐπηκονημένη*, scalprum dentatum densum acutum, cf. vv. 104, 147, 165, et

β. *ξοῖς χαρακτῆ τραχεῖα*, scalprum dentatum durum, cf. vv. 107, 121.

- b. *ξοῖς ἀρτίστομος*, scalprum obtusum, cf. vv. 148, 167.
- 2) *λείστριον λεῖον ἐπηκονημένον*, scalprum leve (non dentatum) acutum (,Scharireisen‘ ni fallor, fig. 10), cf. vv. 119, 136, 168.
- 3) *κολαπτήρ*, dolabra sive ascia (in quo instrumento coniuncta fuisse videntur hodierna instrumenta quae ,Poussirschlägel‘, fig. 8, et ,Zweispitz‘, fig. 7, vocantur, fig. 9). cf. v. 132 et v. 185: *διακολαπτηρίζων τοῦ[ς] λίθους*.

II. instrumenta reliqua.

- 4) *κανόνες*, regulae (,Richtscheite‘); distinguuntur:
- a. *ὁ μακρὸς κανὼν*, regula longa lignea, cf. 134 sq.: *πρὸς κανόνα μακρὸν μὴ ἔλαττον ποδῶν εἴκοσι, πάχος ἕξ δακτύλων ὕψος ἡμιποδίου*. cf. vv. 108 sqq., 185.
- b. *ὁ κανὼν ὁ λίθινος*, regula lapidea, cf. 122, 143.
- 5) *προσαγωγεῖον*, norma (,Winkel‘, fig. 5), cf. vv. 118, 139.
- 6) *διαβήτης*, libella (,Bleiwage‘, fig. 4), cf. v. 186: *διαβητιζόμενος κατὰ κεφαλὴν τῶν καταστροφῶν*.
- 7) *λινέη*, linum sive funis (,Richtschnur‘), cf. v. 128.

1. *Ξοῖδες*. praepositio *ἀπό* cum genitivo coniuncta semper in titulo adhibetur ubi de ferramento agitur quo lapicida uti debeat. in titulo de reficiendis munimentis Athenarum scripto O. Müllerus supplevit v. 40: *καὶ [το]ῦ[ς] ἀρμῶς [ὑ]πὸ ξοῖδος* et adnotavit p. 46: *ὑπὸ ξοῖδος*, sub scalpro, ex fabrili quodam verborum usu dictum puto. scribendum esse *ἀπὸ ξοῖδος* proponerem, nisi titulus Lesbios a Cyriaco descriptus, Ephem. epigr. II p. 5 (cf. ad v. 64 sqq. supra p. 58 sq.) v. 15: *ἐργασάμενος -- τοὺς ἀρμῶς -- ὑπὸ ξοῖδος* utrumque dici potuisse ostenderet. cf. p. 77.

Hesychius interpretatur vocem *ξοῖς* verbis: *μεταλλικὸν σκεῦος καὶ λιθουργικόν*. de *ξεῖν* verbi significatione copiose disputavit Blümner, Terminol. und Technol. vol. II p. 176—179, qui praecipue ex scriptoribus exempla collegit (p. 178 ann.

3 et 4) quibus quae ex inscriptionibus enotavi adiungo. apertum autem est *ξεῖν* universe significare (lapidem) sculperere. in nostro titulo occurrunt verba: *ἀναξεῖν* (v. 123, cf. CIA. II 167 v. 72), *ἀποξεῖν* (v. 125), *παραξεῖν* et **παραξοή* (v. 140—41), *διαξεῖν* (v. 138), ex quibus *ἀναξεῖν* et *ἀποξεῖν* ex titulis ad aedem Minervae Poliadis spectantibus nota sunt (cf. Iahn-Michaelis, Pausaniae descr. arcis Athen. ed. II p. 45 tit. 17a) ubi et *καταξεῖν* verbum (tit. 20c col. I v. 61) et adiectivum *ἀκατάξεστος* (tit. 19 v. 54 sqq.) leguntur (cf. Schöne in Herm. IV p. 39—41). *καταξέσας* legitur etiam in titulo Lesbio a Conze, Reise auf Lesbos, tab. VI edito v. 21. quae verba omnia ad lapides scalpri ope sculpendos spectant: unde saxa bene perpolita *εὐξέστοι* dicuntur (veluti in epigr. Syrio, Le Bas-Waddington 1925, Kaibel 455). *ξεστός* quoque adiectivi loco in titulo Thyatirae a Cyriaco transcripto legitur (cf. Bull. d. Corr. Hell. I p. 136 tit. 58). constat lapicidam a *ξεῖν*, i. e. a sculpendo *λιθοξόον* et *λαοξόον* appellari. *ξοῖς* autem id instrumentum est quo lapicida in sculpendo utitur, i. e. scalprium („Meissel“).

Ξοῖδες χαρακταί quae in titulo commemorantur scalpri dentatae sunt (cf. Anth. Pal. VI 205 v. 1—2: *χαρακταὶ δῖναι*, limae dentatae), altera *ξοῖς τραχεῖα*, dura, i. e. cum raris denticulis maioribus, altera *πυκνή ἐπηκονημένη*, cum minoribus denticulis densis et acutis. **ἐπακονάω* verbum non legitur apud scriptores Graecos: conferas *ἐπιθήγειν*, *ἐπιχειρεῖν*, *ἐποξύνειν* alia. consentaneum est lapicidas veteres ut hodiernos¹⁾ in-

¹⁾ cum persuasum habeam veterum sculpendi rationes nisi collato eo quem hodierni lapidarii sequuntur usu explicari non posse, occasione data adnoto quae Karmarsch de variis recentiorum sculpendi rationibus disseruit apud Prechtl, Technol. Encycl. vol. XVI. ibi p. 290 dicit: „Zahneisen an der Schneide durch sehr schmale, ungefähr einen halben Zoll tiefe Einschnitte in mehrere gleiche Zähne (4—7) getheilt, deren Breite bei den kleinsten Exemplaren nicht viel über $\frac{1}{2}$ Linie, bei den grössten wohl 2 Linien erreicht. Vermöge dieser Abtheilung in Zähne wird das Werkzeug verhindert, grössere Steintheile abzusprengen; vielmehr dringt jeder Zahn unabhängig für sich ein und nimmt nur kleine

strumento acuto quo lapides subtilius laevigarent usos esse, scalpro duriore ad opus asperum conficiendum. tertia *ξοῖς* dicitur *ἀρτίστομος*, i. e. hebes. *ἀρτίστομον* enim est quod *ἄρτιον στόμα* (Hom. O 389), planam i. e. neque dentatam neque acutam cuspidem habet. inter alias res obtusas et hebetes *ἀρτίστομα* enumerantur ab Hippocrate p. 903 A (Foes.): *τῶν δὴ βελέων ἐγγύνησι μάλιστα τὸ ὀστέον -- τὰ στρογγύλα τε καὶ περιφερέα καὶ ἀρτίστομα, ἀμβλέα τε ὄντα καὶ βαρέα καὶ σκληρά.* constat autem lapidarios ad revellendas maiores lapidis particulas uti instrumentis obtusis¹⁾.

2. *Λείστριον*. antiquissimis temporibus Graeci in componendis laevigandisque rebus duris instrumento quod *λίστρον* vocatur utebantur teste Homero *χ* 455: *λίστροισιν δάπεδον πύκα ποιητοῖο δόμοιο | ξῦον*, cf. Hesychii glossas: *λιστροτόν δμαλόν* et *λίστρον*: *ξυστήρ, σιαφίον, πτύον σιδηροῦν, δμαλίστρον, ἔνιοι ἐδαφιστήριον*. sim. Etym. Mgn. p. 587, 47. **λείστριον* vocabulum adhuc incognitum est. apparet autem ex titulo nostro *λείστριον* scalprum esse quo lapidarii subtilissimam assequebantur laevigationem. nam hoc instrumento utuntur ad sculpendos laterum margines (fig. 2, 3 ii h h, pp q q) qui propter subtilem commissuram diligentissime omnium erant perpoliendi. cum vero *λείστριον* dicatur *λεῖον ἐπημονημένον* i. e. leve (non dentatum) et acutum, haud dissimile fuisse videtur ei scalpro quod hodierni lapididae ‚Scharireisen‘²⁾ vocant. accedit quod formam *λείστριον* aliquam habuisse cochlearis similitudinem fortasse inde colligere

Fragmente weg - -, so dass eine feine Ausarbeitung der Steinfläche erreicht wird‘. cf. tab. nostrae fig. 11.

¹⁾ cf. Karmarsch. l. l. p. 291: ‚Spitzeisen besitzen statt der Schneide eine vierseitig-pyramidal geformte -- etwas dicke und abgestumpfte Spitze, vermöge welcher sie verhältnissmässig tief eindringen können und sich zum Wegsprengen grösserer Steinfragmente eignen‘. vide Blümnerum, Terminol. et Technol. vol. II p. 215 sq.

²⁾ cf. Karmarsch. l. l. p. 289: ‚Scharireisen ein zweiseitig zugeschrärfter, sehr breiter Meissel, dessen gradlinige Schneide 2—3½ Zoll misst, und mit welchem grosse ebene Flächen schliesslich ganz glatt behauen werden‘. cf. fig. 10.

licet, quod Attici cochlear *λίτρον* appellabant teste Phrynicho p. 321: *κοχλιάριον· τοῦτο λίτρον Ἀριστοφάνης ὁ κωμωδοποιὸς λέγει* (cf. Lobeckii annot., Bekker., anecd. Graec. p. 51, 9, Iul. Poll. onom. VI 89, X 98).

3. *Κολαπτῆρα*¹⁾ fuisse malleum quo scalpra pulsata essent Blümnerus contendit (vol. II p. 211). lapidariis Lebadensibus *κολαπτῆρ* ferramentum erat quo secundum lineam in lapidum margine lini ope ductam (cf. fig. 2, A—B) quanto lapides latiores essent quam opus erat, tantum praeciderent (cf. v. 131 sq.). pariter *ἀπὸ κολαπτῆρος*, cum lapides pavimenti positi essent, eorum superficies ruditer dolanda erat (cf. v. 185 sq.: **διακολαπτῆριζων τοῦ[ς λίθους] κύκλω πάντας*). cum ad huiusmodi opera facienda hodierni lapidarii duobus utantur malleis sive dolabris quae ‚Poussirschlägel‘ et ‚Zweispitz‘²⁾ vocant, cumque veteres opifices dolabram adhibuisse constet in qua utrumque illud instrumentum coniunctum erat³⁾, hanc dolabram (fig. 9) a lapicidis Lebadensibus *κολαπτῆρα* vocatam esse putaverim.

4. *Κανόνα* regulam esse nemo nescit. cf. Blümner., Terminol. et Technol. vol. II p. 233 sq. — lapicidae Graeci ad opera subtiliora utebantur regulis lapideis quibus lapidum politura multo exactius examinari potest quam ligneis. iam saeculo a. Chr. n. quinto regulas lapideas Athenis in usu fuisse ex titulis ad aedem Minervae Poliadis spectantibus comperit habemus (cf. Michaelis l. l. tit. 16 et 17 a). quanta autem veterum in comparandis accuratis regulis fuerit dili-

¹⁾ de *κολάπτειν* verbi significatione et usu ad v. 11 disputavimus supra p. 57 sq.

²⁾ Karmarsch. l. l. p. 298: ‚Mittelst des Poussirschlägels (fig. 8) werden -- die den vorgezeichneten Linien entsprechenden Kanten schräg abgeschlagen, indem man mit der Schlägelkante jene Linien möglichst genau einhält, so dass alle ausserhalb derselben vorspringenden Theile, aber nicht mehr, entfernt werden. Der noch übrige Theil der rauhen Fläche innerhalb ihrer so abgekanteten Ränder wird Posten genannt und mittelst der Zweispitze (fig. 7) nach und nach weggehauen‘.

³⁾ cf. Blümner, Terminol. und Technol. vol. II p. 207 fig. 39c, 40.

gentia ex praeceptis perspicitur in titulo nostro v. 123—25 (§ 3 extr.) perscriptis. praeter regulas lapideas longiores quoque regulas sine dubio ligneas inter lapidarii Lebadensis instrumenta fuisse supra monui; quibus regulis maioribus magnos lapides et structuras ex compluribus lapidibus compositas examinabant. adoleum autem purum quod attinet § 7 commemoratum Wilh. Doerpfeld architectus me docuit, regulas ligneas, viginti pedes longas, ut rectae permanerent neve recipientes penitus umorem flecterentur, oleo saepius tingendas fuisse.

5. *Τὸ προσαγωγεῖον* instrumentum est regulae simile quo admoto lapides examinantur. quae res cum ex etymo appareat, tum a Platonis scholiasta confirmatur qui ad verba Philebi p. 56 C: *κατ' οἰκοδομίαν -- κανόνι καὶ τόρῳ χρεῖται καὶ διαβήτη καὶ στάθμῃ καὶ τινι προσαγωγεῖω* (quae forma ex cod. Bodleiano pro reliquorum codicum lectione *προσαγωγίω* restituenda est) adnotavit: *προσαγωγεῖον· τεκτονικόν ἐστιν ὄργανον, ὃ προσάγοντες ἐνθύνουσι τὰ στρεβλὰ ξύλα*. in nostrae inscriptionis verbis v. 115 sqq.: *ἐργᾶται τοὺς ἄρμους -- ἐνγωνίους πρὸς τὸ προσαγωγεῖον* nemo non intellegit normam (,Winkel', cf. fig. 5), de qua disseruit Blümnerus l. l. p. 236 sq.

6. *Ὁ διαβήτης*, libella, cf. Blümner. p. 235. quamquam in titulo libella ipsa non commemoratur, tamen ex verbo **διαβητίζεσθαι*, quod v. 186 usurpatum est, eam inter arma lapidarii Lebadensis fuisse apparet. cf. verba tituli Lesbii a Cyriaco servati quae leguntur v. 11 sq.: *ξύσας ὄρθὸν (sc. τὸ προσθεμέλιον, novum fundamentum) πρὸς διαβήτην πρὸς τοῦ κειμένου θεμελίω[ν] τὴν ἔδραν* (ad superficiem veteris fundamenti).

7. *Τὴν λινέην*, linum, lineam (cf. Vitruv. VII 3, 5, Blümner. p. 232—233), opifices ad ducendas longas lineas adhibebant. cf. p. 66. apud Bitonem de constr. mach. p. 112 (ed. Paris. math. vet.) extr. *αἱ λινεαὶ* funiculi dicuntur.

V. 104 sqq.: *τὰ ἐπιβαίνοντα πάντα ἐπὶ τοὺς κρατεντάς καὶ ἐπὶ τὴν ὑπευθυντηρίαν* i. e. ea lapidum

pars quae, cum collocati erunt, iacebit supra crateutas et hypeuthyteriam. cf. v. 111: τὸ ἐπὶ τὴν ὑπευθυτηρίαν ἐπιβαῖνον.

*Υπευθυτηρία quid sit Hesychii docet glossa: εὐθυτηρία· τὸ ἐν τῷ ἐδάφει σύμμαγμα ὑπὸ τῶν ἀρχιτεκτόνων. vocabulum *σύμμαγμα derivatum est a verbo μάσσειν, coquere, (cf. schol. ad Aristoph. equit. v. 812: μάττειν λέγεται τὸ ἀναμιγνύναι καὶ φρεῶν καὶ εἰς ἓν συνάγειν) et quae inter se mixta sunt significat. itaque εὐθυτηρία rudus calculosum est terrae ingestum. quam farturam architecti Graeci εὐθυτηρίαν vocasse videntur propterea quod ea iniquo atque aspero solo ingesta planum comparabant fundum in quo structuram conderent. ceterum neque σύμμαγμα neque ὑπευθυτηρία vocabula aliunde cognita sunt. κατευθυτηρία (Etym. Magn. p. 740, 42) perpendiculum est.

Pariter κρατενταί quoque quae fuerint apud architectos Graecos nisi coniectura assequi non possumus. ei enim qui de huius vocis significatione antiquitus egerunt interpretes sunt versus Iliados I, 213 sq.:

ἀνθρακίην στορέσας ὀβελούς ἐφύπερθε τάνυσσει,
πάσσε δ' ἄλῳ θείοιο, κρατεντάων ἐπαίρας.

Apollonius in lexico homerico tradidit: κρατεντάων· ὁ Ἀρίσταρχος τῶν βάσεων ἐφ' ὧν οἱ ὀβελίσκοι τίθενται. quae interpretatio in Etym. Magn. plenior servata est p. 535, 20: κρατεντάων· τῶν βάσεων, ὃ ἐστὶ τῶν λίθων¹⁾, ἐφ' ὧν οἱ ὀβελίσκοι τίθενται, cf. Hesychium s. v. κρατεντάων et schol. Venet. A. cum Aristarcho consentit scholiasta Venet. B qui vocem κρατεντάων reddit verbis: [ἢ τῶν ἀλοθήκων] ἢ τῶν ἐξοχῶν τῆς ἐσχάρας. ἐξοχαί arae eadem sunt ac βάσεις, lapides arae impositi. verum autem statumina ex multis monumentis cognoscimus in quibus arae delineatae sunt cum crateutis eis impositis in amphora quae in museo Neapolitano asservatur Rubis reperta Orestes in ara inter cra-

¹⁾ perverse igitur in lexicis rec. interpretantur: ‚die gabelförmigen Spitzen, das Gestell, auf welchem der Bratspiess ruht‘.

teutas sedens depictus est (cf. Monum. ined. dell' Inst. II tab. XLIII). atque si exemplum antiquitate insigne desideras, inspice quaeso amphoram clarissimam François quam repperit in qua ante domum Pelei et Thetidis ara crateutis exornata delineata est¹). itaque crateutas tigilla fuisse lapidea apertum est. in crateutarum formam confusum plumbum vendi solitum fuisse apud Graecos, ita ut uniuscuiusque crateutae massa



certo esset atque constituto pondere, Kirchhoffius probabiliter collegit ex titulo Attico CIA. I 319 § 4: *μόλυβδος τῷ ἀνδρέμῳ καὶ τοῖς δεσμοῖς τῶν λίθων τοῦ βάρου, κρατενταὶ δώδεκα* collato Iul. Poll. loco X 96 (cf. Philippi, Areopag p. 140), qui crateutae non propter materiae sed propter formae similitudinem arae crepidinum nomine designati sunt. itaque crateutas qui in nostro titulo occurrunt plumbeos fuisse cave ne cogites. immo lapidea erant statumina lapideis veruum statuminibus non dissimilia quibus lapides pavimenti (*καταστρωτήρες*) impositi ab utraque parte sustinebantur.

Crateutas enim fuisse structuras transversas inter columnarum et cellae parietis fundamenta pectinatim dispositas,

¹) alia exempla repraesentata sunt Monum. ined. dell' Inst. IV tab. 12, Raoul-Rochette Monum. inéd. tab. 26 A.

rudus autem spatio vacuo quod inter binas crateutas interesset ingestum supra exposui. quam sententiam meam necesse est exemplis ex ipsis monumentis petitis confirmem. Phigaliae substructiones templi Apollinis quae vestibulo subiectae sunt simillime constructae esse videntur atque eae quae in titulo describuntur. lapides enim pavimenti (*κατασφωτῆρες*) binis statuminibus (*κρατευταῖς*) impositi sunt pectinatim dispositis quorum intervalla ni fallor frustulis et sabulone (*ὑπερθυνηρίσ*) efferta sunt. cf. Durm, Handb. d. Archit. vol. II 1 p. 52 (1880). eadem ratione id quoque pavementum quod repertum est in aede Iovis Olympii, in cella media, substructum esse Doerpfeld me certiore fecit.

Macedonica quoque aetate eundem usum valuisse in struendis pavimentis perspicitur ex ruinis Ptolemaei Samothraeae ab Austriacis effossis. ibi enim lapides quadrati quibus et cellae et vestibuli solum obtectum erat ordinibus saxorum pectinatim dispositis impositi erant¹⁾. saepissime autem Graeci iam inde ab antiquissimis temporibus singulas templorum structuras supra sua quasque fundamenta aedificabant et columnarum substructiones exteriores ab interioribus cellae fundamentis separabant. quae res cum de omnibus aedificiis Olympiae a Germanis effossis (de aede Iovis, de Heraeo) constat, tum de Dianae templo Ephesio et de templo Apollinis Delii traditur (cf. Wood, Discov. at Ephesos tab. 4 et 5 inter p. 268 et 269 collocatas, Homolle, Bull. d. corr. Hell. II p. 2, Durm, l. l. p. 49—50).

¹⁾ cf. Conze, Hauser, Benndorf, Unters. auf Samothr. vol. II p. 37 et tab. XVII et XVIII: „Die -- zwei Abtheilungen -- des Gebäudes waren gewiss mit Marmorplatten gepflastert; zwar sind die Platten selbst verschwunden, aber ihre Unterlage von rostartig gelegten Reihen weicher Steine fand sich fast durchweg erhalten vor. Diese weichen Steine liegen auf Schutt auf und auch die Zwischenräume der Reihen sind mit Schutt ausgefüllt. -- Ebenso wie hier im Innern des Gebäudes ist das Unterlager der Fußböden auch bei dem noch vollständig erhalten vorgefundenen Marmorplattenboden vor der Ostseite construirt. Auch da liegen die Marmorplatten auf einem von W. nach O. gerichteten Roste von weichen Steinen, dessen Zwischenräume mit Schutt ausgefüllt sind“.

V. 107: τὰ μέσα συνψάδοντα, media quae se attingunt. quae dictio cum repetita sit v. 120 ubi de exsecandis mediis lateribus agitur, inter opifices trita fuisse videtur quae media excidenda designarent.

V. 109: animadvertite hoc loco regulae latitudinem πλάτος vocari, infra v. 135 πάχος. ita v. 112 vocabula πλάτος et βάθος excisionis in media basi factae longitudinem et latitudinem significant. nam quam alta lapidis particula exsculpenda sit, v. 114 sq. definitur. cf. Schöne in Herm. vol. IV p. 40.

V. 110 sqq.: ὑποτέμνειν, subtus secare, exsculpere, et ὑποτομή, excisio, vocabula ab aliis similiter atque eo de quo agimus loco usurpata non invenio. κατατομή Philochoro praecisio est (‘Schnittfläche’) loco q. l. apud Harpocrationem p. 171 Dind.: ἐνέγραψεν ἐπὶ τὴν κατατομὴν τῆς πέτρας, saxi praecisioni inscripsit. constat inter omnes τέμνειν (παρά-τέμνειν, ἀνατέμνειν) verbum de lapicidae sculpendi opere saepissime et a scriptoribus et in titulis adhiberi. in laterculo operum perfectorum ad Erechtheum spectantium (Michaelis l. c. tit. 19) enumerantur: γείσα . . λεία ἐκπεποιημένα ἄνευ κατατομῆς (cf. II v. 27, 52; tit. 17 a c v. 11, 13), quod Müllerus quem Boeckhius et Newtonius secuti sunt his explicavit verbis: ,λείον ποιεῖται si coronae facies plana caeditur et cymatii rotundatio indicatur; τέμνεται si membra singula simata, undata, supinata ad normam cuiusque et amussim exiguntur’ (cf. CIG. I p. 285). τομή et lapidis sculpti superficiem (‘Schnittfläche’) et ipsum sculpendi opus significat. cf. Thuc. I 93: μεγάλοι λίθοι καὶ ἐν τομῇ ἐγγώνιοι et titul. Troezen. apud Le Bas-Foucart 157 a v. 8: τι]μὰ ἐπὶ τῇ τομῇ τοῦ στυλοβάτου et v. 52: ἐργόνας τομᾶς τοῦ στρώμ[ατος].

V. 113: καθὼς καὶ περὶ τῶν βάσεων γέγραπται, cf. v. 103.

V. 114: χάλασμα intervallum est inter duos lapides sive structuram compactilem inane quod Vitruvius IV 7, 4 laxationem vocat. Polybius XVIII 13, 8 χάλασμα καὶ διάστασιν ἀλλήλων spatium vacuum inter milites in acie stantes appellat.

V. 115: *δακτυλίσκου*. cum deminutiva in *-ισκος* ex-euntia viginti fere numero inde ab Herodoti aetate a scriptoribus graecis semper admittantur, casu factum esse puto, quod **δακτυλίσκος* primum hoc loco legitur.

V. 117: *κάθετο[v]*ς. lapicida *v* omisisse videtur. *κάθετος* adiectivum est et significat i. q. perpendicularis. *ἡ κάθετος* sc. *γραμμὴ* perpendicularis est linea. cf. epigrammatis quod est apud Plutarchum in vita Aemilii Pauli cap. XV versum 2: *ἰερὸν ὕψος ἔχει, πρὸς τὴν κάθετον δ' ἔμετρήθη*, unde *ἡ κάθετος* perpendicularum appellabatur (cf. Blümner. p. 234 sq.). *εὐγώνιον* est id quod rectos habet angulos. cf. titulos Lesbios, a Cyriaco transcriptum v. 14 sq.: *ἐ[ργ]ασάμενος --- τοὺς ἄρμους πρὸς κα[νόνα] εὐγωνίους - - στερεοὺς ὑπὸ ξοῖδος*, et a Conzio editum v. 12: *ὀρθὰ, εὐθέα, εὐγώνια*. non necesse est statuamus a tituli auctore certum discrimen factum esse inter varia epitheta quae enumeravit. *κάθετος* adiectivum praecipue ad laterum directionem spectat, *εὐγώνιος* ad singulorum laterum angulos rectos, *στερεός* ad exactam et solidam quadraturae perfectionem. *προσαγωγεῖον* quid sit supra dixi p. 72.

V. 120: de **μικτολογεῖν* verbi significatione supra p. 67, de scalpro quod *λείστριον* vocatur p. 70 disseruimus.

V. 121 sq.: *ἀναθυρώσει τοὺς ἄρμούς*ς, cf. v. 142. veteres artifices verbo **ἀναθυροῦν* designabant sollemnem atque usitatissimam illam sculpendi rationem qua lapidum latera quae compingenda erant (‘Stossfugen’) ita excavabant, ut excisiones ianuae haberent formas. cf. verba *ἀνα-σκάπτειν*, *ἀν-οιγνῆναι*, *ἀνα-τέμνειν*, alia. *θυροῦν* significat foribus munire, cf. Plut. Artax. cap. 29: *τοῖχον ἐκκόψας καὶ θυρώσας*, ianua in pariete facta, Aristoph. avium v. 614: *θυρώσαι (νεὴ) χρυσῆσι θύραις*, CIA. II 489 b, v. 16: *θυρώσαι τὸ ἀρχαῖον πρόπυλον*, tit. Attic. *ἸΑθήν.* V p. 527, v. 10: *τὴν εἴσοδον ἐθύρωσεν*; tit. Chalcidensis Mitth. d. arch. Inst. VI p. 168, v. 8: *τρίκλεινον δειπνιστήριον ποιήσας καὶ θυρώσας*, in tabula Heracleensi (CIG. 5774) prima legitur v. 141 sq.: *ταῦτα δὲ παρεξόντι οἰκοδομημένα καὶ στεγόμενα καὶ τεθυρωμένα*; in in-

dice rerum sacrarum Apollinis Delii, Bull. de corr. Hell. II p. 323 sq. (cf. CIG. 2860) commemorant quaestores v. 6: (πίνακα) μέγαν τεθυρωμένον. — scriptores vocabulo θύρα raro designant res quae aliquam ianuae similitudinem prae se ferunt: cf. Herodotum II c. 95 κατὰ ῥόον δὲ κομίζεται ὧδε ἔστι ἐκ μυρίκης πεποιημένη θύρη, κατερραμένη ῥίπει καλάμων. θυρίδες vocantur tabulae litterariae ab Atticis (cf. Hesychii glossam: θυρίδας Ἀττικοὶ τὰς τῶν γραμμάτων πτυχὰς. καὶ δίθυρον λέγουσιν κτλ. et Bekkeri Anecd. Gr. p. 100, 2), quippe quae tabulae margine prominente ianuae antepagamento simili circumdatae et occludi et recludi potuerint.

V. 125 sqq. Cumanudes ita exhibet:

τὸν ἐν τῷ ἱερῷ ὑπάρχοντα, δοκίμως ἀποξέσ[ας πάντας
τοὺς ἀρμούς τῶν καταστρωτήρων τοὺς ἀπιόντας, καθώς;
τῶν] κειμένων καὶ τέλος ἐχόντων κτέ.

At primum quidem δοκίμως cum antecedentibus esse coniungendum facile intellegitur. deinde necesse est coniungamus τῶν καταστρωτήρων cum verbis v. 127: τῶν κειμένων καὶ τέλος ἐχόντων, delete καθώς additamento. in iis enim quae sequuntur verba fiunt de veteribus lapidibus perficiendis (cf. v. 133 sq.) quorum in initio disertam mentionem fieri oportet. accedit quod vocula καθώς nisi cum verbis καὶ περὶ τὸ δεῖνα γέγραπται coniuncta in titulo adhiberi non solet (cf. vv. 74, 82, 113, 144; CIG. 1845 v. 83, 132; 1846 v. 2; 2556 extr.; 5774 v. 178; et.). denique initio paragraphi verbum finitum desideratur quod quomodo restitui possit nisi ut scribamus v. 125 extr. ἀποξέσ[ει δὲ καὶ] | τοὺς ἀρμούς τῶν καταστρωτήρων non video. quibus supplementis quae mihi prorsus necessaria videntur receptis totum enuntiatum optime procedit: ἀποξέσει δὲ καὶ τοὺς ἀρμούς τῶν καταστρωτήρων τοὺς ἀπιόντας τῶν κειμένων καὶ τέλος ἐχόντων, πρὸς οὓς μέλλει τιθέναι, ἐκτείνας τὴν λινὴν κτέ. neque dubito, quin ita scriptum fuerit, quamvis magna restet difficultas. necesse enim est statuamus aut frontes lapidum veterum hoc loco τοὺς ἀρμούς τοὺς ἀπιόντας vocari, quia abscedant a cellae pariete, aut ἀπιόντας pro προσιόντας per-

verse incisum sive transcriptum esse. — extremo v. 128 quid scriptum fuerit nescio. desidero autem notionem quae respondeat verbis v. 129 extr. τοῦ προδόμ[ου, qua quidem πτέρωμα sive πτερόν significetur. v. 129 extr. fortasse ἐπὶ τῆς] | μακρᾶς πλευρᾶς restituendum est; linea enim ducenda erat ni fallor in parte meridiana lapidum quibus templi vestibulum tectum erat.

V. 128. de funiculo qui λνέη (linea) h. l. vocatur supra diximus p. 72.

V. 131: τὸ πρόσεργον [τὸ ὑπάρχ] | ον fortasse supplendum est. vocabulum πρόσεργον praeter hunc locum bis in titulo redit vv. 8 et 62, ubi πρόσεργον esse opus subsicivum supra probavimus p. 33. loco de quo agimus τὸ πρόσεργον nihil aliud esse potest nisi lapidis pars subsiciva quae linea ducta ultra mensuram necessariam restat (germ., Werkzoll⁴). lapides enim qui ad priorem ordinem spectabant, partibus adversis omnino non sculptis ut supra exposui collocati erant.

V. 132: sp.: ποι[ῶν πάντα] | ὀρθὰ, ὀξυώρια supplevi coll. v. 107 sq.: ποιῶν ὀρθὰ πάντα. *ὀξυώριος significat ὀξὺν ὄρον ἔχων (de productione cf. Lobeck parerg. ad Phrynich. p. 702 sqq.), de lapide quadrato i. q. ‚mucronatus‘ (‚scharfkantig‘), quae notio loco de quo agimus aptissima est.

V. 137: βάθος μὴ ἔλατ[τον ἐννέα] | δακτύλους supplevi collato v. 119. necesse enim est statuamus margines lapidum binorum compactiles eadem latitudine fuisse (fig. 3, ii pp). v. 138 παρὰ το[ῖς ἀρμοῖς] sive παρὰ το[ῖς ἀρμῶν] καθ' ἕκαστον τῶν λίθων (cf. v. 100: παρὰ τὸν ναόν) scriptum fuisse videtur.

V. 138: διαξέσας σημείας. διαξεῖν verbum quod sciam nisi apud Iul. Pollucem (in onom. I § 13) non legitur. vox σημεία pro σημάα a librariis scripta invenitur (cf. Polyb. I 33, 9 ubi cod. Vatic. (A) et codd. recd. (R) σημείας exhibent. idem legitur I 34, 9 in A et R; II 31, 5 praeter A et R Urbinas quoque (F) σημείαις praebet, qui VI 27, 2 σημείας ter exhibet). loco de quo agimus σημείας ni fallor pro σημεία (signa) scriptum est.

V. 141: ἡ **παραξοή* praecisio est quae alibi *κατατομή* (cf. Harpocratonis locum supra citatum ad. v. 110) vocatur.

V. 145 sq.: *πρ[οεπικόψει* Cumanudes recte restituit: cf. v. 149 sq. de **προεπικόπτειν* verbo disputavimus ad v. 68 p. 59.

V. 150 sq.: *εἶτεν θήσει τοὺς καταστρωτήρας - - -*
ἕνα ἀμφ' ἄρμόν, ἐμβα[λὼν....|ψος ἐπίσφηρον, κατὰ
κεφαλὴν δὲ στοιχοῦντα τ[οῖς κειμένοις] | καὶ τέλος
ἔχουσιν. verba *ἕνα* et *στοιχοῦντα* referenda esse videntur ad *καταστρωτήρας* et pendent ni fallor de verbo *θήσει*. verbis enim extremis *κατὰ κεφαλὴν δὲ στοιχοῦντα τοῖς κειμένοις* manifesto curatores praecipiunt, ut in superficie singuli lapides novi (mm) ad lapides perfectos et collocatos (kk) accuratissime applicentur. quid vero illa sibi volunt verba *ἕνα ἀμφ' ἄρμόν*? nescio an tituli auctor iis declarare voluerit singulos lapides mm iuxta singulas partes adversas (nn) lapidum veterum kk ponendos esse, eo ni fallor consilio, ne redemptor lapides novos *ἔναλλὰξ τοῖς κειμένοις*¹⁾ i. e. transverse ante binorum lapidum kk commissuras collocaret (cf. fig. 1). Parthenonis quoque stylobates lapidibus tectus est ita dispositis, ut commissurae transversae per utrumque *καταστρωτήρων* ordinem traductae sint. denique verba *ἐμβα | ψος ἐπίσφηρον* primum de vinculis intellexi quae lapidibus immittantur: cf. v. 72: *ἐμβαλεῖ δὲ καὶ ἐς τοῦτους γόμφους*, v. 170: *τὴν δὲ ἐμβολὴν τῶν γόμφων κτέ.* at Fr. Adler et Wilh. Doerpfeld architecti me docuerunt in ponendis magnis lapidibus ne lapides detrimentum capiant necesse esse lignei cunei inter latera compingenda teneantur, qui ad extremum ex compagine nimirum evellantur. quae res loco de quo agimus expressa fuisse videtur. sed vocem in *-ψος* exeuntem quae aptam haberet significationem frustra quaesivi. ad adiectivum *ἐπίσφηρον*, cuneatum, cf. Clementis Alexandrini verba quae leguntur in Stromat. lib. VI cap. 15 (p. 800): *ὁ τρίτος δὲ ἐγκεντρισιμὸς (γίννεται) - - - ἀπο-*

¹⁾ *τιθεῖς (τοὺς λίθους) ἐναλλά[ξ] τοῖς ὑποκάτω νόμον παρὰ νόμον* in titulo Lesbio legitur v. 11. cf. CIA. II 167 v. 62: *τιθεῖς ἐναλλάξ.*

ξύσαντες γὰρ ἑκάτερον (sc. τὸ ξύλον τὸ ἀχρεῖον καὶ ἄφορον (infecundum) καὶ τὸ νέον καὶ ἐγγενὲς φυτόν) ἐπίσφηρον (vulg. ἐπίσφινον) ὀξεῖ δρεπάνῳ κτέ., utraque parte cuneata, ubi viri docti perversissime interpretati sunt ἑκάτερον ἐπίσφηρον, utrumque surculum'.

V. 155: *μίλτη Σινωπίδι*. de rubrica Sinopensi cf. Strab. XII 2, 10 p. 540, Vitruv. VII 7, Plin. 35, 31; Boeckh, Staatshaush. II p. 354.

De versibus 162—168. quod Vitruvius de architecturae conscriptionibus in libri quinti prooemio pronuntiavit, vocabula ex artis propria necessitate concepta inconsueto sermone obicere sensibus obscuritatem, id cum omni aedificii sive structurae descriptione tum optime illustratur eis conscriptionibus quae tituli nostri paragrapho nona (v. 162—68) continentur. vix enim suspicari possumus, qua de re ibi agatur, cum vocabula quae ibi leguntur aut valde insolenter usurpata aut plane ignota sint, ut *τριματολογεῖν*, *ἀσχαστος*, *ἀνυπόπαστος*, *ὀμοτριβεῖν*.

Τρίμμα id ipsum dicitur quod tritum est: *ἀντὸ τὸ τετριμμένον*. τὰ *τρίμματα* igitur de quibus v. 165 agitur eae lapidis partes esse videntur quae tritu perpolitae sunt. cum autem ex nostrorum lapicidarum usu ¹⁾ probabiliter colligere licet, tum ex ipsis monumentis perspicitur a veteribus quoque lapidariis lapides caesos et sculpendo laevigatos postremo tritu ita perpoliendos fuisse, ut alter alteri accuratissime posset adaptari. ab ea autem significatione in qua **τριματολογεῖν* verbum natum est — alicuius rei mensuram *τριμμάτων* ope colligere — manifesto opifices ita decedebant, ut vocabulum illud non solum idem indicaret atque „examinare politurae perfectionem ratiocinando ex lapidum partibus per-

¹⁾ cf. Karmarsch. l. l. p. 331: „Da durch Behauen - - überhaupt mittelst Werkzeugen, welche absprengend und schabend wirken, - - niemals eine recht glatte Oberfläche erzeugt werden kann, so muss man jederzeit, wenn ein hoher Grad von Glätte erfordert wird, zuletzt zum Abreiben der noch vorhandenen Rauigkeiten, d. h. zum Schleifen seine Zuflucht nehmen“.

politis“, sed etiam in universum „lapidis superficiem tritu perpolire“. verba enim cum *-λογέω* composita a recentioris aetatis opificibus Graecis usurpata esse significationibus quae ab etymo plane alienae essent supra ubi de *μιλλολογεῖν* verbo egimus p. 67 a nobis comprobatum est.

Ad lapides poliendos oleum adhibetur. ubi enim verba quae leguntur v. 167: *τοὺς δ' ἄρμους ἐξ ἐλαίου* (sc. *τριμματολογῶν*) contuleris cum verbis v. 162: *τριμματολογῶν τὰς μὲν βάσεις ἐκ χλόης*, videbis *ἐκ χλόης* explicandum esse adhibito suco subviridi sc. oleo quod nondum purgatum est. cf. Geop. Gr. X 21, 12: *τῇ χλόῃ - ἐπάλειψε*. itaque v. 62 scriptum fuisse putaverim: *τριμματολογῶν τὰς μὲν βάσεις ἐκ χλόης ἐλαίας* cui oppositum esset v. 167: *τοὺς δὲ ἄρμους ἐξ ἐλαίου* κ[α]-[θαρ]οῦ. ineunte enim v. 168 quae traduntur litterae *ΒΛΙΟΥ* tam similes sunt litteris *ΘΑΡΟΥ*, ut in transcribendo Stamataces facile potuerit errare.

Sed haec notasse satis habeo. certe mecum consenties spatium v. 162 extr. quod restat non sufficere quo substantivum suppleri possit unde verba quae sequuntur v. 163—64: *ἐν ταῖς ἰδίαις χώραις βεβηκότας κτέ.* pendeant. quae vero suo quaeque loco posita sive in suum quaeque locum mota (cf. Xenoph. oecon. 8, 17: *βεβηκνίας τῆς οἰκίας ἐν δαπέδῳ*) dici possint nisi lapides ipsi non intellego. itaque ea verba facta esse apertum est quasi antecedit *τοὺς καταστρωτῆρας* (cf. ad v. 98 sq. quae adnot). sequuntur haec et ipsa manifesto ad lapides referenda: *ὄλους*, solidos sive integros, *ἀσχάστους*, non diffissos (**ἀσχαστος* adiectivum a *σχάζειν* verbo (findere) ita derivatum est ut *ἄσχιστος* a *σχίζειν*), *ἀνε[γκλή]τους* quod vocabulum Cumanudes non inepte supplevit, non vituperandos, probos, *ἀνυπόπαστους*, *ἁμοτριβοῦντας*, duo epitheta talia, *τὰ ὁποῖα ματεύει τις μᾶλλον ἢ ἐπιγιγνώσκει* (cf. Cumanudes in adnot. ad tit. nostr. p. 375). *τὸ ὑπόπαστον* (Plut. mor. p. 839 A) id est quod alicui rei substratum est (stragulum), ergo *ἀνυπόπαστον* id quod non substratum est. lapides vero „non substrati“ quid sibi velint hoc loco non intellego. ut

autem *παστόν* dicitur quod aliqua re tectum sive conspersum est, ita **ἔποπαστόν* ni fallor dici potest id cui aliquid substratum est; ergo **ἀνπόπαστοι λίθοι* ei sunt lapides quibus nihil substratum est. *καταστρωτήρας* autem ut substructionibus solide imponi possent, *ἀνποπάστους* esse debuisse libenter concedes. restat *δοτριβοῦντας*. **δοτριβοῦν* nihil aliud esse potest nisi quod *δομοῦ* sive *δοῶς τρίβει*. ab opificibus ex fabrili quodam usu lapides *δοτριβοῦντας* tum dictos esse puto, cum eorum politura absoluta esset. ergo ut lapicida *τῷ μιλλολογεῖν* lapides *συμίλτους* reddit, ita efficit *τῷ τριμματολογεῖν* ut *δοτριβοῦντες* sint.

Fieri autem potuit, ut lapicida in poliendo lapidis particulis sive paulo prominentibus sive durioribus impediretur et eas scalpro praecidere cogeretur. aliter enim explicari posse non videntur verba quae sequuntur v. 164 sqq.: *διακρούων τὰ δ[...]|να τῶν τριμμάτων, τὰ μὲν εἰς τοὺς κρατεντὰς ἀπὸ ξοῖδ[ος χα]ρακτῆς κτέ.* nam ad lapides poliendos lapicidae non ferramentis sed frustulis lapideis sive pumice sive ligno et pulvere (Schmirgel) uti solent. v. 164 extr. neque supplementum quod Cumanudes dubitans proposuit *τὰ δ[ι]άκε|να* quo spectet intellego, neque ipse coniecturam facere ausus sum. basium margines qui crateutis (aa) imponendi sunt subtiliore instrumento ut par est tractantur, media quae supra rudus (bb) iacebunt scalpro duriore. v. 166: *ὑπὸ τὴν ὑπευθιν[τηρί]|αν* pro *ἐπὶ τὴν* falsum est. qui error utrum lapicidae tribuendus sit an editoribus non diiudicem.

De extremo v. 167 supra disputavimus. Cumanudes proposuit: *ἐξ ἐλαίου κ[αὶ διὰ ῥα;]|βδίον*, quod non intellego. cf. Timaeum in lex. Plat. p. 267: *χρῶζειν διὰ ῥαβδίον*, quod explicavit Schneiderus ad Varronis de re rust. libr. p. 587; cf. Donner, apud Helbig Wandgem. p. XIII.

V. 172 inter *πᾶσαν* et *τοῖς ναοποιοῖς* manifesto praetermissum est a lapicida *ἐπιδείξει* sive *ἀποδείξει*. de vinculis ad lapides colligandos a veteribus adhibitis supra p. 47 copiose egimus. qua ratione *καταστρωτήρας* vinculis immissis et

plumbo circumfuso inter se et cum substructionibus ligati fuerint, ex paucissimis verbis quae de ea re v. 170 sqq. fiunt perspicere non potest. *δέμασι*, ansis, crateutarum lapides fortasse inter se iuncti erant, *γόμενοι*, vinculis planis, *καταστρωτήρες* cum subiectis crateutis conligati. praeter *γόμενοι* et *δέματα* quae lapidibus ita facile immitti potuerunt, ut in facie exteriori non apparerent, *πελεκῖνοι* quoque (securiculae, cf. Blümner l. l. p. 306) hoc loco commemorantur quibus lapides in superficie ni fallor conligari solebant. inspicias huiusmodi vincula quae in aedificationibus antiquis reperta sunt delineata ab Hausero, Unters. auf Samothr. vol. II tab. LIX fig. 6, Le Bas, Voyage arch., Architecture, Peloponnèse, templ. Dianae Laphriae Messeniae tab. 2. itaque securiculas lapidibus insertas fuisse putaverim in superficiei margine antico, ubi vincula columnarum plinthidibus (cf. fig. 1) sive aliis structuris obtegi poterant.

V. 173: extr. Cumanudes supplevit: *ἐὰν δέ τι κατακλείσῃ[ι, πάλιν] τε ἐξ ἀρχῆς ἄρας ποιήσῃ*. cf. Platonem in legibus (p. 921 A) dicentem: *ἂν δὴ τις δημιουργῶν εἰς χρόνον εἰρημένον ἔργον μὴ ἀποτελέσῃ διὰ κάκην - - τὴν τιμὴν τῶν ἔργων ὀφειλέτω ὣν ἂν τὸν ἐκδόντα πρῆσθαι καὶ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἐν τῷ ῥηθέντι χρόνῳ προῖκα ἐξεργάζεσθαι*.

V. 185. *διακολαπτηρίζων* cf. p. 71. lapides ante ἀπὸ κολαπτήρος dolabantur, quam laevigarentur ἀπὸ ξοῖδος.

V. 186 sqq.: *διαβητιζόμενος κατὰ κεφαλὴν ἀπὸ τῆς ὑ[παρχού]σης περιτενείας τῶν καταστρωτήρων, κύβους κατασκευ[ασάμε]νος ξύλων ξηρῶν ἀγριελατῶν*. cf. quae disputavimus de hoc loco supra p. 60 ad. v. 68. *κύβοι* cui fuerint usui Wilh. Doerpfeld architectus me certiore fecit: duos cubos aequales in lapidum parte complanata ita fuisse disponendos, ut superimposita eis regula cum libella posset examinare, quantum de parte aspera sculpendo et laevigando demendum esset. cf. fig. 4.



Vocabulā potiora.

Asterisco praefixo ea notavi vocabula quae in lexicis non feruntur.

ἄκρα p. 54.
 ἀκατάξεστος 69.
 ἄλφημα 33 ann. 2.
 * ἀναθυροῦν 52, 77.
 ἀνακαθαίρειν 59.
 * ἀναξεῖν 69.
 ἀναπωλεῖν 37 ann. 5, 38.
 * ἀνυπόπαστος 82 sq.
 * ἀπεκιδόναι 32 ann. 2.
 ἀπιὼν ἀρμός 65.
 * ἀποθρίγκωσις 57.
 ἀποξεῖν 69.
 ἀρμός 49, 64 sq.
 ἀρραγής 65.
 ἀρτίστομος 70.
 ἀστραβής 65.
 * ἄσχαστος 82.
 βατήρ 57.
 βάσις 64 sq.
 γόμφος 47, 60 sq.
 γομποῦν 61.
 * δακτυλίσκος 77.
 δεῖν 60.
 δέμα 47 sq., 60 sq.
 δεσμός 60 sq.
 * διαβητίξεσθαι 72.
 διαβήτης 72.
 * διακολαπηρίζειν 71.
 διαξεῖν 69.
 δόσις 34 ann. 2.
 ἔγκανσις 58.

ἐγκολάπτειν 57 sq.
 * ἐγκόλαψις 57.
 ἐγγράφειν 31 ann. 4.
 ἐκιδόναι 32 ann. 2.
 ἐγκολάπτειν 58.
 ἐκνιτροῦν 43 ann. 3.
 ἐκποιεῖν 64.
 ἐμβάλλειν 61.
 ἐμβολή 61.
 ἐναλλάξ 80.
 * ἐπακονᾶν 69.
 * ἐπαναπρίασθαι 37 ann. 5.
 ἐπηρειάζειν 35 ann. 3.
 ἐπιδέκατον 30 ann. 3.
 ἐπικολάπτειν 57 sq.
 ἐπικοπή 59.
 ἐπιμελόμενοι 27 ann. 8.
 ἐπίπεμπτον 30 ann. 3.
 ἐπίσφηνον 55, 80 sq.
 ἐσδοτήρ 32 ann. 2.
 εὐγώνιος 52, 77.
 εὐθνητηρία 73.
 εὐξεστος 69.
 εὐρίσκειν 31 ann. 2.
 θρυγκός 46, 57.
 θυροῦν 77.
 κάθετος 52, 77.
 κατευθνητηρία 73.
 κακοτεχνεῖν 35 ann. 3.
 κανών 51, 71 sq.
 καταξεῖν 69.

- κατάστρομα 62.
καταστρωννύναι 62.
* καταστρωτήρ 48 sq., 62 sq.
κατατομή 76.
* κατοπιτικός 43 sq.
κολάπτειν 57.
κολαπτήρ 71.
κρατευταί 50, 73 sq.
κύβος 84.
* λείστριον 52, 70 sq.
λεύκωμα 31 ann. 4.
λιθόστρωτον 63.
λινέη 53, 72.
λίστρον 70 sq.
μαλακός 59.
* μιλτολογεῖν 52, 66 sq.
μίλτος 66 sq., 81.
μολυβδοχοεῖν 58.
* μολυβδοχοῖα 58.
ναοποιοί 25 ann. 1.
* ναοποιός 37.
ξεῖν 69.
ξεστός 69.
ξοῖς 67 sqq.
* ὀμοτριβεῖν 82 sq.
* ὀξυνώριος 53, 79.
παλίνπωλος 37 ann. 5.
παραξεῖν 69.
* παραξοή 69, 79.
πελεκῖνος 84.
* περιμολυβδοχοεῖν 58.
περίστασις 48, 63.
περιτένεια 46 sq., 59 sq.
* προεπικόπτειν 59.
προσαγωγεῖον 52, 72.
πρόσεργον 33 ann. 1, 53, 79.
* προσθεμελιοῦν 58 sq.
προσῶν ἀρμός 65.
προσλείπειν 36 ann. 2.
* προσστρωννύναι 62.
σηκός 63.
σημεία 53, 79.
στοιχεῖν 55, 80.
στράμα 62.
στρωννύναι 62.
στρώσις 62.
στρωτήρ 62.
* σύμμιλτος 50, 65 sqq.
συμφαύειν 76.
τέλος ἔχειν 64.
τέμνειν 76.
τομή 76.
τραχύς 69.
τρίμμα 81 sq.
* τριμματολογεῖν 81 sq.
* ὑπαρχιτέκτων 18 ann. 3, 56.
* ὑπερέρρεμα 31 ann. 2.
* ὑπερθυνηγία 50, 73.
* ὑποβατήρ 45 sq., 57.
υποτέμνειν 76.
* ὑποτίμημα 33 ann. 2.
* ὑποτομή 51, 76.
χάλασμα 51, 76.
χαρακτός 69.
χλόη 82.
ώμαλία 32 ann. 4.

